


ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ.

JUXTA EDITIONEM THOMÆ HUTCHINSON.

ACCEDUNT

VARIANTES LECTIONES

ET

INDEX GRÆCITATIS

EX EDITIONE ZEUNII.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCIX.

DISSERTATIO,

IN QUA

I. agitur de ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ *auctore:*

II. de toto, quod Græci confecerunt, itinere.

I. PAUCA quædam de hujus Operis auctore jam olim [a] adtuli: adlata, loco citato, si breviter adstrinxeris, huc tandem redeunt—Veterum utique, si non omnium, at longe plurimorum tamen, [b] auctorum consensu, ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΙΝ in numerum librorum, quos scripsit Xenophon, esse relatam.

Quod si quis a testibus, idoneis quidem illis et locupletibus, ad scripturæ genus, quo usus est auctor, animum traduxerit; id vero esse tale certissimis indiciis comperiet, quod a Xenophonte fluxisse, cito tutoque crediderit æquus rerum æstimator. Hoc enim in libro unus et idem videtur esse habitus et quasi color orationis, quibus [c] alii libri a Xenophonte, intercedente nemine, conscripti, distinguuntur et ornantur.

Cum autem dicendi forma, tum ea, quæ in ΑΝΑΒΑΣΕΙ leguntur, ipsa Xenophontem præ se ferunt auctorem. Nam

[a] Dissertat. I. Κύρ. Παιδ. præmissæ p. 11. et seq. [b] His adde Photium; cujus in Lexico Græco inedito sæpe laudatur Xenophon, in vocibus ex Ἀναβάσει petitis. Hoc me nuper docuit vir eruditiss. J. Alberti, Glossar. Gr. p. 372. et seq. Alios libens prætereo: quippe quorum vulgata sint scripta et satis nota. [c] Conferantur modo (alia ut omittam multa) quæ in Κύρ. Ἀν. inter p. 91. et 104. reperiuntur, cum iis, quæ de Cyro Socrates itidem cum Critobulo disserit, haud ita longe ab initio libelli istius Xenophontei, qui inscribitur Οἰκονομικός.

quid quoque die acciderit, itinera singula, res quasque gestas adcurate adeo et diligenter ubique persecutus est Historicus, ut ipsum iis interfuisse semper, sæpius etiam præfuisse, facillime lector, adtentior paulo, perspicere possit. Haud pauca certe de Xenophonte ipso memoriæ tradidit, quæ Xenophon ipse solus scire potuit, solusque adeo literis consignasse videatur.

Porro, quanquam eo potissimum duce atque auctore, Græci per tot rerum discrimina tandem incolumes evasere plerique, qua tamen laude tam insigni cumulatum eum exhibet hæc historia ? Tantum sane abest, ut in ea verbis efferatur, ut facta quidem ejus egregia memorentur multa, nulla gloriosius prædicentur. At vero de talis tantique viri laude tam parce scribendi ratio, [d] Xenophontis ut ipsius cum verecundia præclare congruit, ita certe, si quis eam alius usurpasset, invidiæ vix ac ne vix quidem is absolvendus esset.

Cum denique is esset Xenophon, cui tum facultas tum voluntas facinora nobiliora monumentis prodendi contigit, quam scribendi argumentum illud illustre, KΥΡΟΥ quod suppeditavit ΑΝΑΒΑΣΙΣ, optatius haud quidquam ei potuerit offerri ; oblatum eum adripuisse, consentaneum est. Quin idcirco forsan cæteris se Græcis, in Asiam interiorem jam jam profecturis, libentius adjunxit, quod curiosis oculis terras alio sole calentes lustrare, multorum mores hominum perspicere, materiam denique stilum exercendi novam uberioremque adeo sibi comparare vellet.

Hæc fere sunt argumenta, quæ Xenophonti opus hoc adjudicandum esse doceant.

Ad ea vero, quæ contrariam in partem, [e] ex Xenophonte in primis ipso et Suida, proferri solent, paucis [f] alias respondi : quibus hæc velim addas—(1) Themistogenem nimirum illum, cujus, libro adpellato, meminit Xenophon, de KΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΙ revera forsan quædam literis mandasse : (2) Xenophontem suam tunc temporis ejusdem

[d] Videsis Dissertat. Κύρ. Παιδ. præmiss. p. 7. [e] Hist. Gr. lib. iii. ineunte.
[f] Dissertat. Κύρ. Παιδ. præmiss. p. 11.

Ἀναβάσεως hiſtoriam non abſolviſſe : (3) quamvis etiam illud, quod inchoaverat, ad exitum perduxiſſet opus, tamen præ ſingulari ea, qua erat, modeſtia, librum illum, cui dederat argumentum ipſe præcipuum, alienum potius quam ſuum nomen præferre voluit. Huic certe ſimile fuit Adriani Cæſaris inſtitutum, *qui* ([g] Æl. Spartiani verba legis) *libros vitæ ſuæ ſcriptos a ſe, libertis ſuis literatis dedit, jubens ut eos ſuis nominibus publicarent : nam Phlegontis libri Adriani eſſe dicuntur.*

Quod ad Suidæ demum teſtimonium attinet, id vero [h] teſtis ipſe non elevavit modo, verum etiam refellit. Itaque laude tandem ſua fruatur Xenophon : laudem quippe non facta ſolum, ſed et ſcripta ſua ferant ei inſignem oportet. Atque adeo, qui beatiſſimorum [i] Plinianorum in numero collocetur, dignus habeatur, cui tum facere ſcribenda, tum ſcribere legenda datum eſt.

De Operis auctore hæc hactenus : quibus ipſo de Opere jam pauca libet ſubnectere. Ξενοφῶντα δὲ ἔγωγε (verba ſunt [k] Dionis Chryſoſt.) ἡγοῦμαι, ἀνδρὶ πολιτικῷ, καὶ μόνον τῶν παλαιῶν ἐξαρκεῖν δύνασθαι· εἴτε ἐν πολέμῳ τις στρατηγῶν, εἴτε πόλεως ἀφηγούμενος, εἴτε ἐν δήμῳ λέγων, εἴτε ἐν βουλευτηρίῳ, μὴ ὡς ῥήτωρ ἐθέλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πολιτικὸς καὶ βασιλικὸς ἀνὴρ, τὰ τοιούτῳ προσήκοντα ἐν δίκῃ εἰπεῖν, πάντων ἄριστος ἐμοὶ καὶ λυσιτελέστατος πρὸς ταῦτα πάντα Ξενοφῶν. Τά τε γὰρ διανοήματα, σαφῆ καὶ ἁπλᾶ, καὶ παντὶ ῥᾴδια φαινόμενα· τό τε εἶδος τῆς ἀπαγγελίας προσηνὲς, καὶ κεχαρισμένον, καὶ πιστικὸν, πολλὴν μὲν ἔχον πιθανότητα, πολλὴν δὲ χάριν καὶ ἐπιβολήν· ὥστε μὴ λόγων δεινότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ γοητείᾳ ἐοικέναι τὴν δύναμιν. Εἰ γοῦν ἐθελήσειας αὐτοῦ τῇ περὶ τὴν Ἀνάβασιν πραγματείᾳ σφόδρα ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν, οὐδένα λόγον εὑρήσεις τῶν ὑπὸ σοῦ λεχθῆναι δυνησομένων, ὃς οὐ διείληπται, καὶ κανόνος ἂν τρόπον ὑπόσχοιτο, τῷ πρὸς αὐτὸν ἀπευθῦναι ἢ μιμήσασθαι βουλομένῳ. Εἴτε γὰρ θαῤῥῦναι τοὺς σφόδρα καταπεπλωκότας χρήσιμον πολιτικῷ ἀνδρὶ, καὶ πολλάκις ὡς χρὴ τοῦτο ποιεῖν δείκνυσιν· εἴτε προτρέψαι καὶ παρακαλέσαι, οὐδεὶς Ἑλληνικῆς φωνῆς ἐπαΐων, οὐκ

[g] De Adriano Imp. Hiſt. Auguſtæ Script. T. i. p. 150. [h] Conferantur inter ſe ea, quæ ad voces Θεμιστογένης et Ξενοφῶν ſcripſit. [i] Plin. lib. vi. ep. 16. [k] Orat. xviii. p. 257. et ſeq.

ἂν ἐπαρθείη τοῖς προτρεπτικοῖς Ξενοφῶντος λόγοις. Ἔμοιγ' οὖν κινεῖται ἡ διάνοια, καὶ ἐνίοτε δακρύω μεταξὺ τοσούτων ἔργων, τοῖς λόγοις ἐντυγχάνων. Εἴτε μεγαλοφρονοῦσι καὶ ἐπηρμένοις ὁμιλῆσαι φρονίμως, καὶ μήτε παθεῖν τι ὑπ' αὐτῶν δυσχερανάντων, μήτε ἀπρεπῶς δουλῶσαι τὴν αὐτοῦ διάνοιαν, καὶ τὸ ἐκείνοις κεχαρισμένον ἐκ παντὸς ποιῆσαι, καὶ ταῦτα ἔνεστι. Καὶ ἀποῤῥήτοις δὲ λόγοις ὡς προσήκει χρήσασθαι, καὶ πρὸς στρατηγοὺς ἄνευ πλήθους, καὶ πρὸς πλῆθος κατὰ ταυτό· καὶ βασιλικῶς τίνα τρόπον διαλεχθῆναι, καὶ ἐξαπατῆσαι ὅπως πολεμίους μὲν ἐπὶ βλάβῃ, φίλους δ' ἐπὶ τῷ συμφέροντι· καὶ μάτην ταραττομένοις ἀλύπως τἀληθὲς καὶ πιστῶς εἰπεῖν· καὶ τὸ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τοῖς ὑπερέχουσι· καὶ οἷς ἐξαπατῶσιν οἱ ὑπερέχοντες· καὶ οἷς καταστρατηγοῦσι καὶ καταστρατηγοῦνται ἄνθρωποι, πάντα ταῦτα ἱκανῶς τὸ σύνταγμα περιέχει. Ἅτε γὰρ, οἶμαι, μιγνὺς ταῖς πράξεσι τοὺς λόγους, οὐκ ἐξ ἀκοῆς παραλαβὼν, οὐδὲ μιμησάμενος, ἀλλ' αὐτὸς πράξας ἅμα καὶ εἰπὼν, πιθανωτάτους ἐποίησεν ἐν ἅπασί τε τοῖς συντάγμασι, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα, οὗ ἐπιμνησθεὶς ἐτύγχανον. Καὶ εὖ ἴσθι, οὐδένα σοι τρόπον μεταμελήσει· ἀλλὰ καὶ ἐν βουλῇ καὶ ἐν δήμῳ, ὀρέγοντός σοι χεῖρα αἰσθήσῃ τοῦ ἀνδρὸς, εἰ αὐτῷ προθύμως καὶ φιλοτίμως ἐντυγχάνοις.

II. Jam vero, ut ab auctore ad iter illud, quod ipſe, Græcis Cyrum ſequutis adjunctus, confecit deſcripſitque, tranſeam, me monet inſtituti ratio. [l]Fidem autem ut liberem, priuſquam ad ipſum iter luſtrandum ingrediar, pauca de CASTOLI planitie, cujus, ineunte fere hiſtoria, meminit Xenophon, adferenda ſunt. Pro ΚΑΣΤΩΛΟΥ nonnulli Καϛαλοῦ, alii Πακτωλοῦ legendum exiſtimarunt. At cum alibi etiam ejuſdem illius apud auctorem loci facta ſit mentio, vulgatam ipſe quidem ſcripturam omnino retinendam cenſuerim. Haud ita nempe procul a fine [m]libri primi verba leguntur hæc, στρατηγὸς δὲ καὶ πάντων ἀπεδείχθη (Cyrus), οἷς καθήκει εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζεσθαι, &c. ubi cum neque exemplaria de voce iſta varient, et eandem rem exponat auctor, quam [n]ſupra adtigerat, nihil eſt, uti mea fert opinio, quod quis novam lectionem excogitet. Quin et illa [o]verba quibus Artaxerxem utentem

[l] Vide Κύρ. Ἀναβ. p. 2. not. 4. [m] P. 94. [n] P. 3. [o] Hiſtor. Gr. lib. i. fere med.

facit Nofter, eodem fpectantia, Καςωλȣ recte fcribi abunde docent, Καλαπέμπω Κῦρον κάρανον τῶν ἐς Καςωλὸν ἀθροιζομένων. Accedit huc, quod Stephanus Byzant. tum vocem, tum auctorem agnofcat: Καςωλȣ, inquit, πεδίον Δωρίεων, ὡς Ξενοφῶν· ἐκλήθη δὲ ὅτι Καςωλȣ̃ς τȣ̀ς Δωριεῖς οἱ Λυδοὶ φασιν· ἦν δὲ πόλις ἐν Λυδίᾳ Καςωλός.

Hactenus de curfu paululum digreffus, *Caftoli* illius apud Xenophontem nec temere factam effe mentionem, et cui regioni tribuendus effet, oftendere volui: nunc ad Cyrum exercitumque ejus Sardes veniendum.

[p]SARDIS autem urbs magna fuit et fatis antiqua, in latere Tmoli montis, qua Lydia celebrabatur maxime. Loci celebritatem auxit [q]tum Lydorum regia, tum ager ille Cyri minoris confeptus et diligenter confitus, in quo proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum fubactam atque puram, et fuavitatem odorum, qui afflarentur e floribus, admiratus eft Lyfander.

[r]Hinc Cyrus cum copiis fuis movens, per [s]LYDIAM, flexuofi amnis MÆANDRI recurfibus perfufam, tertiis caftris, parafangas viginti duas progreditur. Amnis ille, cujus duum erat plethrorum latitudo, [t]ortus e lacu in monte Aulocrene, plurimifque adfufus oppidis, et repletus fluminibus crebris, ita finuofus flexibus, ut fæpe credatur reverti: Apamenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargyleticos campos; poftremo Cariam placidus, omnefque eos agros fertiliffimo rigans limo, ad decimum a Mileto ftadium lenis illabitur mari.

[u]Tranfgreffus Mæandrum, per Phrygiam caftris unis, parafangis octo confectis, COLOSSAS venit. [x]Urbs hæc

[p] Strabo lib. xiii. p. 928. Plin. N. H. lib. v. cap. 29. [q] Strabo loc. cit. Horat. Epift. lib. i. ep. 11. ver. 2. Cicer. de Senect. cap. 17. Xenoph. Οἰκονομ. p. 484. edit. Steph. [r] Κύρ. 'Αναϐ. p. 10. De tempore, quo fufcepta eft 'Ανάϐασις, non una eft auctorum fententia. Diodoro Sic. lib. xiv. p. 249. tefte, Olympiad. 94. anno 4to: ante æram Chriftianam, 401, ex mente Ufferii et Prideaux, necnon Dodwelli: cujus vide Chronolog. Xenoph. ad Olymp. cit. Palmer. commentar. ad Marm. Arundel. i. p. 218. edit. Maitt. Lydiat. ad idem Marmor p. 279. et feq. Prideaux in idem Marmor p. 438. et 450. [s] Plin. N. Hift. lib. v. cap. 29. [t] Idem loc. cit. Strab. lib. xii. p. 866. Liv. lib. xxxviii. cap. 13. [u] Κύρ. 'Αναϐ. p. 10. [x] Κύρ. Αναϐ. p. 11. Herodot. lib. vii. cap. 30. Plin. N. H. lib. v. cap. 32. Strabo lib. xii. p. 864.

Phrygiæ erat frequens incolis, opulenta et magna. Maxime autem eam nobilitavit epiſtola, quam ad incolas ejus ſcripſit D. Paulus.

Relictis Coloſſis, [y] ad urbem CELÆNAS, caſtris tertiis, paraſangas viginti progreſſus, exercitum adduxit. [z] Mediam illa tempeſtate interfluebat Marſyas amnis, fabuloſis Græcorum carminibus inclitus. [a] Urbs autem illa caput quondam Phrygiæ fuit; ab incolis opibuſque felix, tum regis Perſici tum Cyri regia nobilis.

Cæterum [b] MARSYAS, quinque ac viginti pedum latitudine, haud procul a Mæandri fontibus oriens, in Mæandrum cadit. Famaque ita tenet, Celænis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe; ejuſque ab Apolline victi cæſique nomen amni fuiſſe inditum.

A [c] Celænis caſtris alteris, paraſangas decem progreditur ad PELTAS, [d] urbem Phrygiæ magnæ, incolis frequentem.

[e] Egreſſum Peltis eum, altera poſt caſtra confectaſque duodecim paraſangas, CERAMORUM FORUM excepit; urbs itidem *οἰκυμένη*, terræ vero Myſiæ ultima. Κεράμου

[y] Κύρ. 'Αναβ. loco cit. [z] Q. Curt. lib. iii. cap. 1. [a] Κύρ. 'Αναβ. loco cit. Liv. lib. xxxviii. cap. 13. Adde Plin. lib. v. cap. 32. Salmaſ. exercit. in Solin. p. 580. et Cl. Schwartz ad Cellar. lib. iii. cap. 4. ſect. 71. [b] Κύρ. 'Αναβ. p. 12. Liv. loco cit. Plin. N. H. lib. v. cap. 29. Diodor. Sic. lib. iii. p. 192. et ſeq. Κύρ. 'Αναβ. p. 12. not. 2. et Ariſtid. T. ii. p. 526. et ſeq. [c] Κύρ. 'Αναβ. p. 14. et ſeq. [d] Ptolem. lib. v. cap. 2. Strabo lib. xii. p. 86¼. Steph. Byz. [e] Κύρ. 'Αναβ. p. 15. Omnia, quæ hac in pagina reperiuntur, turbata eſſe, aut male ſana cenſuit Palmerius, Exercitat. in Auctor. Græcos, p. 59. *Myſiam extendit* (verba ſunt viri iſtius eruditi) *ultra Celænas et Peltas duodecim paraſangas orientem verſus: quis hoc credat? Cayſtri pedium urbem vocat, et eam ponit ultra Mæandri fontes paraſangas quinquaginta duo. Quod ſi verum eſt, non renuo, quin vapulem. Certe in hac pagella nihil eſt ſani: quædam ſunt corrupta, vel loco mota: forte pro* Καΰςρυ πεδίον *legendum* Καςώλυ πεδίον: *aut ſi Xenophon ſcripſit* Καΰςρυ πεδίον, *proculdubio mota eſt loco ea vox. Nam ſi Cyrus per Cayſtri campum exercitum duxit, occurrebat illi Cayſtri campus ante Mæandrum. Tum, quis unquam Cayſtri campum urbem fuiſſe dixit?—multum fallit me conjectura, niſi aliquod urbis nomen latet ſub illa voce* Καΰςρυ πεδίον. Hæc Palmer. Mihi nihil mutandum videtur: neque enim mirum eſt, ſi Myſiæ de terminis Xenophonti cum auctoribus aliis quædam interceſſerit diſſenſio. Nam ipſe olim Strabo lib. xiii. p. 932. ſcripſit, τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ, καὶ ἔτι τὰ τῶν Μυσῶν δυσδιάκριτα εἶναι, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα. Dici autem videtur urbs *Ceramorum Forum*, perinde atque oppida illa Plin. N. H. lib. iii. cap. 15. memorata, *Forum Clodii, Livii, Popilii*, &c. Apud Cicer. ad Attic. lib. ii. ep. 10. etiam *Appii Forum:* ad Famil. lib. x. ep. 17. *Forum Julii, Forum Voconii.* Sic ſæpe alias.

quidem, Cariæ oppidi, [f] mentio eſt ſatis crebra: quod Doridi tribuit [g] Ptolemæus. At ſitus iſte loci cum itineris Cyri ratione minus convenit; rectius autem in illam Myſiæ urbem quadrat *Ceranæ*, Phrygiæ vulgo adſcriptum oppidum; de quo [h] Plinius, memoratis ibidem Celænis et Coloſſis, mentionem facit.

[i] Inde Cyrus caſtris tribus, paraſangas triginta progreſſus, in CAYSTRI campum pervenit; cui nomen etiam urbis cum incolis tribuit Xenophon. Hoc autem Καΰϛρου πεδίον eſt ab illo longe disjunctum, cujus [k] Euſtathius, [l] Stephanus Byz. [m] Strabo, [n] Ptolemæus, [o] Xenophon, aliique paſſim meminere: atque adeo fruſtra fuit [p] Palmerius, qui Cyrum Cayſtri prius campum, quam ad Mæandrum veniſſet, attigiſſe cenſuerit. Porro, quamvis hac de urbe ſileant alia veterum annalium monumenta, tamen ab exemplaribus oculati teſtis ad novum aliquod nomen, ex conjectura petitum, non niſi temere, opinor, tranſire poteris. At vero pluribus urbibus unum et idem inditum eſſe ſæpe nomen, id certe notius eſt, quam ut exemplis adlatis confirmari debeat. Quidni ergo CAYSTRI CAMPUM in Phrygia quoque ſuperiore poſueris? At *quis unquam*, inquit Palmerius, *Cayſtri campum urbem fuiſſe dixit?* Ideo forſan urbem eam campi nomine deſignavit Xenophon, quod in regione ſita fuerit campeſtri. Haud ita diſſimili de cauſa, multæ [q] Caſtra dictæ fuerunt urbes, propterea quod ibi conditæ fuerunt, ubi caſtra dux celebrior aliquis habuerat.

Hinc tandem [r] THYMBRIUM, urbem incolis frequentem, concedamus. A Cayſtrio campo paraſangas decem aberat THYMBRIUM, quo Cyrus caſtris alteris pervenit. Phrygiæ autem urbibus adnumerandum eſſe docent [s] Stephanus Byz. et Pauſanias; ſi cum iis modo, quæ de Midæ

[f] Apud Heſych. Strab. lib. xiv. p. 969. Plin. N. H. lib. v. cap. 29. [g] Lib. v. cap. 2. [h] N. H. lib. v. cap. 32. ubi forſan legendum *Ceramæ*. [i] Κύρ. Ἀναβ. p. 15. [k] Ad Dionyſ. ver. 837. [l] In voce Καΰϛριον. [m] Lib. xiii. p. 928. et lib. xv. p. 1013. [n] Lib. v. cap. 2. [o] Κύρ. Παιδ. p. 102. [p] Loc. cit. [q] Cæſar. de B. C. lib. ii. cap. 25. Adde Frienſh. ad Q. Curt. lib. iv. cap. 7. p. 206. [r] Κύρ. Ἀναβ. p. 16. ubi vide not. 6. et Κύρ. Παιδ. p. 492. [s] Ad. v. Ἄγκυρα cum Pauſan. lib. i. cap. 4. coll.

fonte fcripfit hoc loco Xenophon, Paufaniæ verba conferantur. Loci hujus incolas Thymbrianos adpellat [t] Plinius.

Jam [u] Tyriæum invenis, intervallo decem parafangarum Thymbrio diftans; quo caftris itidem alteris perventum eft. Tyriæo quoque fui erant incolæ, [x] Plinio Tyrienfes adpellati. Urbs [y] Hierocli Grammatico ΤΥΡΑΙΟΝ dicta eft et Pifidiæ adfcripta: [z] Stephano ΤΥΡΟΣ, opinor, eft; πόλις itidem, eodem auctore, καὶ Λυδίας, καὶ Πισιδίας: [a] Straboni Τυριάριον, vel potius ex fide MSS. ΤΥΡΙΑΙΟΝ.

Ad Phrygiæ tandem urbem ultimam, [b] Iconium, venit Cyrus, itinere trium dierum, parafangarum viginti, confecto. Iconium autem [c] Lycaoniæ tribuitur. Fabulofam nominis [d] originem libens prætereo.

[e] Mox Lycaoniam quinque dierum iter, triginta parafangas emenfus, per Cappadociam deinde quartis caftris, parafangas viginti quinque Danam ufque proceffit Cyrus, urbem amplam et opulentam. ΔΑΝΑ utique Xenophonteis in exemplaribus legitur, cujus locum [f] fcriptores apud alios Adana tenere folet. Et Ciliciæ quidem urbs ab iifdem dicitur: eam vero Xenophon quam proxime Ciliciam, in Cappadocia tamen, collocaffe videtur. Hac de urbe quæ fcripfit eruditiff. [g] Ger. Voffius lectu nequaquam funt indigna.

Ciliciam tandem ingreffus, et per planitiem quatuor caftris, parafangas quinque et viginti progreffus, [h] Tarsum pervenit Cyrus; urbem Ciliciæ tum opibus tum amplitudine celeberrimam. Erat multorum infignium vi-

[t] N. H. lib. v. cap. 27. Adde Hierocl. Gram. p. 673. edit. Weffel. [u] Κύρ. 'Αναβ. p. 17. [x] N. H. lib. v. cap. 27. [y] P. 672. edit. Weffel. MS. Eton. etiam dat Τυραῖον. [z] Ad v. [a] Lib. xiv. p. 979. [b] Κύρ. 'Αναβ. p. 19. [c] Ptolem. lib. v. cap. 6. Strab. lib. xii. p. 853. Stephan. Byz. Plin. N. H. lib. v. cap. 27. Hierocl. Gram. p. 675. Euftath. ad Dionyf. ver. 857. [d] De qua Steph. Byz. Euftath. loco cit. et auctor Etymol. M. [e] Κύρ. 'Αναβ. p. 20. [f] Ptolem. lib. v. cap. 8. Scylac. Peripl. p. 40. Plin. N. H. lib. v. cap. 27. Steph. Byz. Appian. de Bel. Mithrid. p. 237. edit. Steph. Quare apud Xenoph. etiam Ἄδανα recte forfan repofueris. Adde Procop. lib. v. Ædific. cap. 5. et Antonin. Itiner. p. 580. [g] De orig. et progr. Idololat. lib. i. cap. 38. [h] Κύρ. 'Αναβ. p. 22. Strab. lib. xiv. p. 990. et feq. Q. Curt. lib. iii. cap. 4. extr. Steph. Byz. Solin. Polyhift. cap. 38. Plin. lib. v. cap. 27. Mel. lib. i. cap. 13. Ammian. Marcel. lib. xiv. cap. 8.

rorum [i] locus natalis, ortu B. Pauli in primis illuſtratus. Nominis originem, quam finxere veteres, ſi cui ſcire libet, adeat velim Stephanum Byz. et Euſtathium ad [k] Dionyſium Perieg.

Tarſum autem mediam interfluit [l] CYDNUS, amnis inclitus, duum plethrorum latitudine. Cydnus non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens, puro ſolo excipitur: nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alveum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidiſſimus: quippe multa riparum amœnitate inumbratus, ubique fontibus ſuis ſimilis in mare evadit.

[m] Hinc caſtris alteris, paraſangas decem ad SARUM amnem, cujus trium erat plethrorum latitudo, pergit Cyrus. Hoc vero de fluvio, Xenophonti modo reſtituto, [n] jam dictum eſt. Quod ſi nomen unde duxit, audire velis, [o] Stephanum ne te conſulere pigeat.

Diei itinere, paraſangis quinque confectis, [p] ad PYRAMUM amnem, cujus æquat latitudo ſtadium, venit Cyrus. Hujus etiam Ciliciæ fluminis multi meminerunt [q] auctores: quod et inclitum vocat [r] Q. Curtius; navigerum, [s] Strabo.

A Pyramo caſtris binis, paraſangas quindecim progreditur ad [t] ISSON, ultimam Ciliciæ urbem, amplam et opulentam. Apud [u] Diodorum etiam Siculum ἀξιόλογος audit; apud [x] Strabonem tantum πολίχνιον. Hic itaque de ſtatu, quo locus erat iſte ætate ſua, loquitur: alium autem atque adeo meliorem obtinuerat antea. Utrumque memoravit [y] Mela: *At in receſſu*, inquit, *intimo locus eſt magni ali-*

[i] Strab. loco cit. [k] Ver. 870. [l] Κύρ. 'Αναϐ. p. 22. Q. Curt. lib. iii. cap. 5. ineun. et ibid. cap. 4. Arrian. de exped. Alex. lib. ii. cap. 4. Dion. Chryſoſt. Orat. 33. p. 394. Tibul. lib. i. el. 8. ver. 13. et ſeq. Plin. et Mel. locis cit. Strab. lib. xiv. p. 990. [m] Κύρ. 'Αναϐ. p. 34. [n] Κύρ. 'Αναϐ. p. 34. not. 4. [o] In v. Ἄδανα. [p] Κύρ. 'Αναϐ. p. 35. [q] Ptolem. lib. v. cap. 8. Steph. Byz. Plin. N. H. lib. v. cap. 27. Mela lib. i. cap. 13. Arrian. lib. ii. cap. 5. aliique. [r] Lib. iii. cap. 4. [s] Lib. xii. p. 809. [t] Κύρ. 'Αναϐ. p. 35. [u] Lib. xvii. p. 512. [x] Lib. xiv. p. 994. [y] Lib. i. cap. 13. Adde Stephan. Byz. Q. Curt. lib. iii. cap. 7. et 8. Strab. et Diodor. locis cit. Euſtath. ad Dionyſ. ver. 118. Plin. N. H. lib. v. cap. 27. et Ptolem. lib. v. cap. 8.

quando discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum fugientisque Darii spectator ac testis. Nunc ne minime quidem, tunc ingenti urbe celebris Isso fuit, &c.

Hinc castris unis, parasangas quinque, ad [z]PORTAS CILICIÆ SYRIÆque progreditur. Erant hæ duo castella; quorum in Ciliciam alterum, alterum in Syriam erat obversum: spatium autem inter utrumque medium trium erat stadiorum. Quas vero Xenophon Ciliciæ portas adpellat, hæ [a]Ptolemæo fuisse *pylæ* videntur *Amanicæ*; seu angustiæ istæ, qua ex Amano monte atque interiore Cilicia in Syriam adiri poterat. At tum Ciliciæ tum Amani portas, tanquam diversas, recenset [b]Plinius. In cornu montis illius prærupti, quo Cilicia includitur, asperi tres, auctore Q. Curtio, aditus et peranguſti sunt; primus scilicet, interprete [c]Cellario, a septentrione ex Cappadocia per Ciliciæ Pylas: secundus per Amani Pylas ex Syriæ superioribus partibus, ubi in Armeniam itur: tertius per Syriæ portas, ad Sinum Issicum, quibus ex Antiochene aditur. Pylas autem, a Xenophonte memoratas, [d]Strabo ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων adpellat. [e]Medio inter castella illa, seu muros, loco fluit CERSUS amnis, latitudine plethri: cujus cum mihi nomen alias videre non contigerit, eum crebris iis, quorum meminit Q. Curtius, rivis Ciliciæ planitiem, qua vergit ad mare, distinguentibus adnumerandum censuerim.

Per Syriam deinde, portis transitis, unius diei itinere, parasangis quinque confectis ad [g]MYRIANDRUM perventum est, urbem Phœnicibus habitatam, atque ita sitam, ut stationem navibus onerariis præberet. In sinu Issico eam collocat [h]Strabo, quippe quod sinus iste in Syriam etiam

[z] Κύρ. 'Αναϐ. p. 36. [a] Lib. v. cap. 8. extr. [b] Loco cit. Πύλαι, inquit Eustath. ad Dionys. ver. 1034. στενότατον τόπον δηλοῦσι—Q. Curt. itidem lib. iii. cap. 4. sunt *jugi fauces.* [c] Ad Curt. lib. iii. cap. 4. p. 84. Adde Ammian. Marcel. lib. xxii. cap. 9. Cicer. ad Fam. lib. xiv. ep. 4. Arrian. de exped. Alex. lib. ii. cap. 6. et quæ ex Diodoro Sic. adtulimus Κύρ. 'Αναϐ. p. 36. not. 4. [d] Lib. xiv. p. 994. Adde Plin. N. H. lib. v. cap. 22. [e] Κύρ. 'Αναϐ. loco cit. [f] Lib. iii. cap. 4. [g] Κύρ. 'Αναϐ. p. 37. [h] Lib. xiv. p. 994. quocum consentit Agathem. lib. i. cap. 4.

pertingeret: Stephano Byz. Μυρίανδρος est πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Φοινίκῃ, ὡς Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Ἀναβάσεως. [i] Scylax etiam Μυριανδρȣ Φοινίκων meminit; quam [k] Plinius urbem Syriæ vocat, in Issico sinu positam.

Inde castris quartis, parasangas viginti progreditur ad [l] CHALUM amnem, plethrum latitudine æquantem, magnis mansuetisque piscibus refertum, [m] quos Syri pro diis habent. Hujus amnis haud alibi nomen reperies. [n] Cl. Delisle, conjectura ex ipso Cyri itinere facta, eum fuisse suspicatur, cui hodie nomen est *Alep*; conjecturæ præsidium petit ex voce *Alep*, seu *Chalib*, qua prioris loco utuntur Arabes: nam *Chalib*, inquit idem vir doctus, a *Chalo* Xenophonteo derivari videtur. Prope hunc, auctore Xenophonte, siti erant Parysatidis vici, in cingulum ei donati.

Castris inde quintis, parasangas triginta progressus, ad [o] DARADACIS, fluvii quoque scriptoribus aliis ignoti, fontes pervenit. Plethri latitudinem ei tribuit Xenophon. Hic forsan est, quem *Marsyam* nominat [p] Plinius. Locum ornabant Belesios, Syriæ præfecti, regia et hortus admodum elegans.

Hinc castris tertiis, parasangas quindecim, ad eam [q] EUPHRATIS partem, ubi quatuor stadia latus erat, et urbs reperiebatur ampla locuplesque, nomine THAPSACUS. Urbs hæc, ætate [r] Plinii, *Amphipolis* dicebatur: eam [s] Ptolemæus juxta Euphraten quidem, at in Arabia deserta, posuit; quam [t] Stephanus, et [u] Plinius Syriæ tribuerunt. Ejus etiam meminerunt [x] Strabo et [y] Arrianus. Nobilis evasit transitu Euphratis. Ad urbem quidem, quæ *Zeugma* adpellatur, quæque, [z] Strabone teste, duo-

[i] P. 40. [k] N. H. lib. ii. cap. 108. Adde ejusd. lib. v. cap. 22. Ptolem. lib. v. cap. 15. Mel. lib. i. cap. 12. extr. Arrian. de exped. lib. ii. cap. 6. [l] Κύρ. Ἀναϐ. p. 41. [m] Vide Κύρ. Ἀναϐ. p. 41. not. 1. et pro Diodor. Sic. lib. ii. p. 207. lege Diodor. Sic. lib. ii. p. 92. [n] In Dissertat. de situ &c. locorum, quæ Cyrus Græcique peragrarunt. [o] Κύρ. Ἀναϐ. p. 42. [p] N. H. lib. v. cap. 23, 24. [q] Κύρ. Ἀναϐ. p. 42. [r] N. H. lib. v. cap. 24. [s] Lib. v. cap. 19. [t] In v. [u] Loco cit. [x] Lib. ii. p. 130. et seq. lib xvi. p. 1076. et seq. [y] De exped. lib. ii. cap. 13. et lib. iii. cap. 7. Adde Cellar. lib. iii. cap. 12. sect. 63. [z] Lib. xvi. p. 1083.

bus ſtadiorum millibus a Thapſaco diſtat, Alexandrum Euphraten tranſiviſſe ſcribunt [a] Plinius, et [b] Stephanus Byz. De diverſis nimirum expeditionibus intelligendæ videntur diſcrepantes auctorum narrationes.

EUPHRATE (quem infra adtingemus) trajecto, [c] per SYRIAM caſtris novem, paraſangis quinquaginta confectis, ad Araxen fluvium perveniunt. Vides autem Xenophontem ultra Euphraten protuliſſe Syriam. [d] Similiter etiam Scriptores ſacri Syros in Meſopotamia collocarunt: ויצא את־ארם אשר כעבר הנהר [e], ubi ארם denotare Syros, et נהר Euphraten, ſatis norunt harum literarum periti. [f] Plinii verba de regione illa libet adferre: *Juxta Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus diſtincta nominibus Namque Palæſtina vocabatur, qua contingit Arabas, et Judæa, et Cœle, dein Phœnice: et qua recedit intus, Damaſcena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. Et eadem Meſopotamia, inter Euphraten et Tigrin: &c.* [g] Idem Xenophontis narrationi congruenter regionem hanc *vicatim diſperſam* fuiſſe ſcribit. Cæterum, ARAXES ille [h] Ptolemæo (uti quidem eruditiſſ. [i] Bochartus et [k] Deliſle ſtatuerunt) eſt Χαβώρας: [l] Straboni Ἀβόῤῥας: [m] Ammiano Mar. *Aboras*. [n] Cellario judice, is amnis erat, quem [o] Ptolemæus *Saocoran* vocat. Cum autem, [p] Ptolemæo auctore, alii etiam, præter memoratos, amnes per Meſopotamiam fluxerint, quorum non adduxit nomina, difficile dictu videtur, quis ille fuerit, quem *Araxis* nomina deſignavit Xenophon. Sed hac de re plura mox, cum ad Maſcam pervenerimus.

[a] N. Hiſt. lib. v. cap. 24. et lib. xxxiv. cap. 15. [b] In v. Ζεῦγμα. Adde Lucan. lib. viii. ver. 237. [c] Κύρ. Ἀναβ. p. 45. [d] 2 Sam. x. 16. Adde Targum Jonath. ad loc. et Gen. xxviii. 6, 7. ubi Interpr. LXX. habent Μεσοποταμίαν Συρίας: ſic et Ariſtot. Περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ. extr. Ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας &c. Joſeph. A. J. lib. vii. cap. 6. τῶν πέραν Εὐφράτου Σύρων meminit. [e] In regionibus utique, ubi unus eſt fluvius, aut unus ſaltem eximius, adpellari ſolet ille, non proprio nomine, ſed plerumque communi, *fluvius*. [f] Lib. v. cap. 12. Adde Mel. lib. i. cap. 11. Bochart. G. S. lib. ii. cap. 6. Spanhem. de Numiſm. T. i. p. 605. [g] Lib. vi. cap. 26. [h] Lib. v. cap. 18. [i] G. S. lib. ii. cap. 6. [k] Diſſertat. ſupra laud. [l] Lib. xvi. p. 1084. [m] Lib. xiv. cap. 3. [n] Lib. iii. cap. 15. ſect. 15. [o] Lib. v. cap. 18. [p] Loco cit.

Illinc [q] per ARABIAM, cum Euphrates ad dextram ei eſſet, quina deſertis in locis caſtra metatus, paraſangas triginta quinque, cum ſuis progreſſus eſt Cyrus. Campi quidem, quos ibi tum peragrarunt, abſinthio abundabant, æquoriſque in modum late patebant. Quin et fruticum genera ſeu arundinum, quæ ibi reperiebantur, aromatum inſtar, ſuaves diffundebant odores. Sed operæ pretium erit, [r] ipſum auctorem de iis omnibus, quibus ſive ornata ſive inſtructa erat ea regio, verba facientem audire. Redeamus ad nomen ejus; cujus origo petenda videtur ab incolis, qui *Arabes Scenitæ* ſolent adpellari. Quippe, [s] Strabone auctore, Τὰ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένα τῆς Μεσοποταμίας, καὶ ἀποτέρω τῶν ὀρῶν, ἄνυδρα καὶ λυπρὰ ὄντα ἔχουσιν οἱ Σκηνῖται Ἄραβες. Multi autem Arabes, qui in aliis atque aliis habitabant locis, ita [t] a tabernaculis cognominati ſunt, quæ ciliciis metabantur, ubi libuit. Sed nobis ARABIÆ iſtius nomen unde fuerit deductum, his etiam verbis indicavit [u] Strabo: Τὸ γὰρ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Ἀράβων, πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τοὺς βίους, καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροί εἰσι· δηλοῖ δ' ἡ Μεσοποταμία ἐκ τῶν τριῶν συνεστῶσα τούτων ἐθνῶν. En itaque Arabia in Meſopotamia!

Facto autem per regionem hanc itinere, [x] ad MASCAM perveniunt amnem, cujus plethrum æquabat latitudo. A [y] Ptolemæo *Saocoran* adpellatum fuiſſe cenſuit erudititiſſimus [z] Bochartus. Hujus vero ſententia [a] Cellario, viro quoque doctiſſimo, minus eſt probata; quippe cui Ptolemæi *Saocoras* idem eſſe videbatur, atque Xenophontis *Araxes*, ſupra paulo memoratus. Idcirco autem Cellarius *Araxen* illum *Saocoræ* potius quam *Chaboræ* nomen apud Ptolemæum nactum eſſe putavit, quod proprior *Chaboras* eſſet Thapſaco, quam pro ſpatio definiti itineris; quinquaginta nempe paraſangarum. Sed majus forſan Thapſa-

[q] Κύρ. Ἀναβ. p. 46. [r] P. 46, 47, 48, 49. et conf. Diodor. Sic. lib. ii p. 132. et ſeq. [s] Lib. xvi. p. 1084. [t] Plin. N. H. lib. vi. cap. 28. [u] Lib. i. p. 70. [x] Κύρ. Ἀναβ. p. 50. [y] Lib. v. cap. 18. [z] Geogr. S. lib. ii. cap. 6, 11. [a] Lib. iii. cap. 15.

cum et *Chaboræ* alveum divifit intervallum, quam quantum in tabulis Geographicis vulgo repræfentari folet. Ab ARAXE quidem CHABORAS, SAOCORAS a MASCA fatis magnam habent fcripturæ diffimilitudinem: verum majores etiam in propriis eorundem tum oppidorum tum amnium nominibus haud raro reperiuntur varietates. Alias ut omittam, ftudio utique literarum deditis paffim obvias, ipfum nomen *Araxes* aliquando *Peneo* Theffaliæ fluvio, datum fuiffe fcribit [b] Euftathius. [c] Cæterum Mafca CORSOTES, urbs ampla quidem, fed deferta, cincta erat. Hæc mihi fane fuit unum apud Xenophontem obvia. Itaque, per hanc ne mora fit, [d] ad PYLAS pergamus; quo Cyrus caftris decimis tertiis, parafangas nonaginta per loca inculta, Euphrate ad dextram fluente, progreffus, cum fuis pervenit. PYLÆ in finibus exftant Mefopotamiæ, feu *Arabiæ* defertæ, qua Babyloniam adtingit.

[e] Per BABYLONIAM tribus caftris, parafangas duodecim progreffus, [f] Græcorum recenfum agit, exercitumque adeo armis inftruendum curat. Mox [g] caftris unis, parafangas tres progreditur ad [h] locum, ubi pugna tandem commiffa eft.

Jam vero [i] Xenophon menfuram itineris hucufque confecti, caftrorumque interea pofitorum numerum ita collegit: Ab Ephefo ad locum, in quo pugnatum eft;

Caftra	— —	93.
Parafangæ	—	535.
Stadia	—	16050.

Quod fi caftrorum parafangarumque numerum, quem hi-

[b] Ad Dionyf. ver. 739. ubi de *Araxe* Armeniæ fluvio agitur. Adi etiam quæ infra fcripta funt de *Phyfco* p. xvi. [c] Κύρ. 'Αναβ. p. 50. Voce autem ἔρημος non femper locum plane afperum, in quo nihil præter fabulum, faxa, ferafque reperias, fignificari, fatis inde liquet, quod Græci apud Corfoten, quæ ἐρήμη dicitur, triduum manebant, eodemque ex agro cibaria quærebant. Videfis doctiff. Wolf. ad Luc. xv. 4. et Marc. vi. 31. Adde Reland. Palæft. lib. i. cap. 56. [d] Κύρ. 'Αναβ. loco cit. nominis rationem exponit Euftath. ad Dionyf. ver. 437. [e] Κύρ. 'Αναβ. p. 66. [f] Κύρ. 'Αναβ. p. 70. de eorum numero vide, præter auctores memoratos p. 70. not. 6. J. Frontin. lib. iv. cap. 2. fect. 7. Arrian. de exped. Alex. lib. iv. cap. 11. et lib. i. cap. 12. [g] Κύρ. 'Αναβ. p. 71. [h] Plut. in vita Artox. p. 1014. Κούναξα καλεῖται. [i] Κύρ. 'Αναβ. p. 128.

ſtoriæ ſeriem ſequutus, ubique verbis expreſſi, inire velis, eum ſic ſe habere, ni fallor, invenies—

Caſtra	—	85.
Paraſangæ	—	517.

Ex quibus efficientur ſtadia 15510: datis utique paraſangæ cuique triginta ſtadiis. Cum vero, non a Sardibus, [k] uti ſupra, ſed ab Epheſo jam itineris initium duxerit auctor, plura ponamus oportet caſtra, pluresque adeo paraſangas, ab Epheſo nimirum Sardes uſque progredientibus conficiendas. Hujus itaque ſpatii, quod Epheſum Sardeſque interjacet, emetiendi cauſa, ſi *caſtra* demus *octo*, ipſumque *paraſangis duodeviginti* conſtare fingamus, jam numerus numero reſpondebit; et adcurate ſcribi reperies, [l] quæ modo ex auctore de itineris hucuſque menſura protulimus.

Poſtero die, quam pugna erat commiſſa Cyruſque occiſus, [m] Græci ſe ad Ariæi contulere caſtra. [n] Inde, alia luce orta, in Babyloniæ vicos devenere; compluresque ibi dies commorati ſunt. Inſtituto tandem confectoque trium caſtrorum itinere, ad [o] Mediæ murum pervenerunt: intra quem cum penetraſſent, [p] caſtris alteris, paraſangas octo progreſſi ſunt; atque binis alveis, e Tigri qui ducti fuerant, trajectis, ad Tigrin ipſum perveniunt; prope quem [q] urbs exſtructa erat magna et incolis repleta, cui nomen Sitace. *Sitace* autem, quæ dicitur, apud [r] Ptolemæum et [s] Plinium, in Aſſyria fere media collocatur. Eandem eſſe urbem putavit *ὁ πάνυ* [t] Bochartus, quæ a Stephano Ψιττακὴ, πόλις utique *παρὰ τῷ Τίγριδι*, adpellatur.

Ponte navigiis triginta ſeptem facto, Tigri qui fuerat impoſitus, trajecto, caſtris quartis, paraſangas viginti ad [u] Phyſcum uſque amnem, latitudine plethri, progreſſi ſunt.

[k] Κύρ. Ἀναβ. p. 10. [l] P. 128. Quæ mox deinde legis, *ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, ϛάδιοι ἑξήκοντα ϗ τρισχίλιοι*—ea vero corrupta eſſe quidam ſuſpicati ſunt: quippe quia, Plutarcho auctore, in Artox. p. 1015. Κύναξα, ubi pugnatum eſt, *Βαβυλῶνος ἀπέχει ϛαδίους* tantum *πεντακοσίους*: quare pro *εἰς Βαβυλῶνα*, Jac. Cappellus *εἰς Σοῦσα* legendum eſſe apud Xenophontem putavit. [m] Κύρ. Ἀναβ. p. 129. [n] P. 131. [o] P. 151. [p] P. 151. [q] P. 152. [r] Lib. vi. cap. 1. [s] N. H. lib. vi. cap. 27. [t] G. S. lib. iv. cap. 17. [u] Κύρ. Ἀναβ. p. 155.

Physcus autem, inquit [x] Stephanus, ἐςὶ καὶ ποταμὸς, καθά φησι Σοφαίνετος ἐν Κύρε ἀναβάσει. Multis apud veteres, ex mente eruditiſſimi [y] Bocharti nominibus inclaruit *Phyſcus*: nimirum [z] Strabo et [a] Ptolemæus Κάπρον, [b] Arrianus Βούμηλον, (Βούμαδον, opinor, voluit) [c] Curtius *Beumello*, (ſcrib. *Bumado*) [d] Plinius *Abſitrin*, [e] Ammianus *Adjavam*, Bocharto judice, adpellat. Ibi urbs magna erat, nomine Opis. Ἡ δὲ Ὦπις, inquit [f] Strabo, κώμη, ἐμπορεῖον τῶν κύκλῳ πάντων. At [g] Herodoto πόλις dicitur; ſimiliter [h] Arriano, πόλις ἐπὶ τε Τίγρητος ᾠκισμένη.

Per Mediam deinde dies ſex, per loca minus culta, paraſangas triginta, Paryſatidis ad vicos, rerum ad uſus vitæ neceſſariarum copia locupletes, progreſſi ſunt. Inde caſtra quinque locis in incultis metati, paraſangis interea viginti confectis, ad opulentam magnamque, cui [i] Cænæ nomen, urbem pervenere. Hanc ſane agnoſcit Stephanus, nomine paulum mutato: ἔςι ϗ πόλις, inquit, Κάναι Τίγρητος ποταμε. Hac autem in voce aqua, ut aiunt, Stephani interpretibus hæſit. Voluit hic, opinor, locum, quem deſcribit Xenophon; atque adeo pro Κάναι, repono Καιναὶ, uti apud Xenophontem ſcribi ſolet [k].

Mox [l] ad Zabatum fluvium, quatuor plethrorum latitudine, ducum Græcorum cæde nobilem, veniunt. Hodie, auctore Clar. [m] Deliſle, vocatur Zab. Ζάβατος autem (verba ſunt doctiſſ. [n] Bocharti) factum videtur ex conſtructo דייבת. Exiſtimavit etiam [o] Bochartus, Ζάβατον hunc, eundem eſſe fluvium, qui *Lyci* nomine apud [p] Ptolemæum, [q] Strabonem, [r] Arrianum, [s] Curtium, [t] Plinium venire

[x] Alias etiam adlatis, quæ in Κύρ. Ἀναβ. reperiuntur, vocibus, Sophænetum illum citat. [y] G. S. lib. iv. cap. 19. [z] Lib. xvi. p. 1072. [a] Lib. vi. cap. 1. [b] Lib. iii. cap. 8. [c] Lib. iv. cap. 9. [d] Lib. vi. cap. 26. [e] Lib. xxiii. cap. 6. Videſis Bochart. G. S. loco cit. ubi nominibus iſtis explicandis operam dat; et adde Cl. Schwartz. ad Cellar. lib. iii. cap. 17. ſect. 7. [f] Lib. xvi. p. 1074. [g] Lib. i. cap. 189. [h] Lib. vii. cap. 7. [i] Κύρ. Ἀναβ. p. 156. [k] Hinc forſan emendandus etiam Ptolemæus, lib. vi. cap. 1. et pro Βίννα, vel, ut libri quidam, Κίννα, reſcribendum Καιναί. [l] Κύρ. Ἀναβ. p. 156. [m] In Diſſertat. ſupra laudata. [n] G. S. lib. iv. cap. 19. [o] Loco cit. [p] Lib. vi. cap. 1. ubi pro Λευκὸς ſcribendum eſt Λύκος. [q] Lib. xvi. p. 1072. [r] Lib. iii. cap. 15. [s] Lib. iv. cap. 9. [t] Lib. vi. cap. 26.

ſolet; quique [u]Ammiano dictus eſt *Diabas* vel *Diavas*. Ejus [x]infra meminit Xenophon: ubi tamen cum in quibuſdam exemplaribus, Ζάτην et Ζάϑην male ſcriberetur, [y]doctiſſ. Fullerus Ζάτην et Ζάβατον in Xenophonte putavit eſſe diverſos amnes. Sed "certum eſt, (verba legis [z]Bo-"charti) Zaten fluvium Xenophontis libro tertio, eundem "eſſe cum Zabato, de quo libro ſecundo egerat. Ibi enim "narrat Græcos, e Paryſatidis vicis cum exceſſiſſent, flu-"vium Zabaton attigiſſe, ad quem cum moras necterent, "Clearchum imperatorem ſuum et præcipuos pleroſque "duces, Tiſſaphernis artibus in Perſarum caſtra pellectos, "inſigni proditione fuiſſe interemtos. Hæc libro ſecundo "Xenophon. Tertio deinde telam retexens inſtitutæ nar-"rationis, refert Græcos hoc caſu, ut par erat, valde per-"culſos, et incertos quid agerent, tandem oratione ſua "erectos et recreatos, animos reſumpſiſſe, atque in mor-"tuorum locum alios ſuffeciſſe duces. Quo facto demum "*Zaten*, id eſt, *Zabaton*, de quo prius, inſtructo agmine "trajeciſſe. *Zaten* porro, ſeu *Zabaton*, eundem eſſe cum "Lyco patet cum ex amplitudine, (nam deſcribitur latus "quatuor plethris, id eſt, pedibus quadringentis) tum "quia, illo trajecto, nullus alius occurrit Græcis uſque ad "montes Carduchiorum, præter torrentem ſine nomine." Hactenus ille.

[a]Trajecto Zabato, [b]Χαράδραν deinde quandam reperere; quem [c]Plinii *Zerbin* eſſe putavit [d]Bochartus. Nomen a verbo זרב *zerab* vel *zarab* deducit vir doctiſſimus; "quo "non Chaldæi ſolum, inquit, ſed et Hebræi utuntur et "Arabes. Proprie ſignificat *effluere more torrentis*."

[e]Itinere ultra Χαράδραν facto, ad LARISSAM urbem magnam, deſertam tamen, prope Tigrin ſitam, pervenere. Eam Medi priſcis temporibus incoluerant: de qua legas velim, quæ ſcripſit auctor. *Lariſſæ* autem fuere multæ, quas enumerant [f]Strabo et [g]Stephanus: earum tamen

[u] Lib. xxiii. cap. 6. [x] P. 222. ubi vide not. 1. [y] Miſcell. Sacr. lib. iii. cap. 6. [z] G. S. lib. iv. cap. 19. [a] Κύρ. Ἀναβ. p. 222. [b] P. 229. [c] N. H. lib. vi. cap. 26. [d] Loco cit. [e] Κύρ. Ἀναβ. p. 231. [f] Lib. ix. p. 672. [g] In voce. Adde Schol. in Apollon. Rhod. ver. 40.

nulla reperitur in regione hac, de qua Noſter agit. Quare Bocharto videtur accedendum, qui putat Xenophontis *Lariſſam* eſſe *Reſen*, de qua Moſes Gen. x. 12. En ejus verba—" Hanc urbem (ſcil. *Lariſſam*, cujus meminit Xeno- " phon) ut ſuſpicer eſſe *Reſen*, multa me movent. Primo, " ſitus prorſus convenit, ſi vere Ninus fuit inter Lycum " et Caprum, ut hodie docti contendunt. Secundo, La- " riſſa μεγάλη πόλις mœniumque latitudine et altitudine " conſpicua; ambitu etiam, quem Xenophon duabus pa- " raſangis definit.—Tertio, videtur Xenophon *Reſen* mu- " taſſe in Λάρισσαν, propter vocum alluſionem. Saltem " hoc certum, Lariſſæ vocabulum plane eſſe Græcum, at- " que urbes hujus nominis in Græcia plures exſtitiſſe: et " ſi quæ alibi fuerunt extra Græciam, eas pro Græcis eſſe " habitas—At in Aſſyria Græcæ urbes, ævo Xenophontis, " id eſt, ante Alexandrum, nullæ fuere: proinde nec ulla " Lariſſa. Omnino igitur urbis hujus verum nomen in- " terpolavit Xenophon, ut ad Græcam elegantiam accom- " modaret. Et veriſimile eſt, Græcis rogantibus, cujus ur- " bis eſſent rudera, Aſſyrios reſpondiſſe לרסן *Lereſen*, ad- " dito *le*, genitivi nota,—atque illud *Lereſen* mutatum eſſe " in Λάρισσαν." Hæc ille: quocum conſentit Cl. [a]Clericus.

[b]Inde caſtris unis, paraſangas ſex ad caſtellum quoddam progreſſi ſunt, propter urbem ſitum, cui nomen MESPILA; de quibus legenda ſunt, quæ ſcripſit Xenophon. Urbis meminit Steph. apud quem tamen ſcribitur Μίσπιλα.

Mox poſitis caſtris aliis atque aliis, ad CARDUCHIOS tandem venere montes. Carduchos Mediæ tribuit [c]Stephanus, Parthiæ [d]Strabo. Adiabenis, inquit [e]Plinius, connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri. [f]Xenophon eos in confiniis Armeniæ Auſtralibus habitaſſe docet. Hodie, teſte Cl. [g]Deliſle, *Curdes* adpellantur. Multis olim nominibus erant dicti, [h]*Gordiæi* ſcilicet, *Gordi*, *Cordæi*, *Cardueni*. In CARDU-

[a] Ad Gen. x. 12. [b] Κύρ. Ἀναβ. p. 232. [c] In voce. [d] Lib. xvi. p. 1083. [e] Lib. v. cap. 15. [f] P. 277. [g] Diſſertat. laud. [h] Stephan. in v. Γορδυαῖα. Adde Bochart. G. S. lib. i. cap. 3. et Fuller. Miſcell. S. lib. i. cap. 4. et Tellier. ad Curt. lib. iv. cap. 10. p. 242.

CHIIS autem montibus arcam Noæ fubftitiffe non levibus de caufis ftatuere [i] viri eruditi.

A montibus illis, [k] quibus in peragrandis feptem dies Græci confumpfere, ftadia circiter fex feptemve diftabat fluvius [l] CENTRITES, latus bina fere plethra, qui Armeniam a Carduchorum agro feparat. [m] Diodorus etiam Siculus amnis retinuit nomen; quod a גתרי *Gethere* vel *Getere* duci fufpicatus eft [n] Bochartus. Eo trajecto, [o] factoque deinde per Armeniam itinere, ad vicum pervenere, ubi fatrapæ erat regia, et larga commeatus copia.

[p] Hinc caftris alteris, parafangas decem progreffi, Tigris fupra fontes evaferunt. De his autem fontibus auctores alii alia fcripfere. [q] Plinius hæc: *Oritur Tigris in regione Armeniæ majoris, fonte confpicuo in planitie.* [r] Strabone tefte, a Tauro monte in Seleuciam delatus eft. Plures Tigres adfert [s] Herodotus: *πρῶτος μὲν*, inquit, Τίγρης· *μετὰ δὲ, δεύτερός τε καὶ τρίτος ὡὑτὸς ὀνομαζόμενος· οὐκ ὡὑτὸς ἐὼν ποταμὸς, οὐδὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ῥέων.* Xenophontem ejus voluiffe fontes, qui ad orientem vergit, cum [t] Cl. Delifle cenfuerim.

[u] Inde caftris tertiis, parafangas quindecim, ad TELEBOAM progreffi funt. Pulchellus autem hic fluvius Euphratis effe brachium videtur, qua orientem maxime fpectat. Locus, unde duxit ortum, ARMENIA dicebatur *ἡ πρὸς ἑσπέραν*: feu, eorum regio, qui Ἑσπεριτῶν nomine veniunt, Ἀναβάσει extrema.

[x] Caftris deinde tertiis, per planitiem parafangas quindecim progreffi, tandem in vicos diverterunt: [y] jugo mox fuperato, caftrifque ter apud inculta loca pofitis, [z] EUPHRATIS adpropinquarunt fontibus. *Oritur* autem *Euphrates*, auctore [a] Plinio, *in præfectura Armeniæ majoris Caranitide, ut prodidere ex iis, qui proxime viderant*; *Domitius Corbulo, in monte Aba: Licinius Mucianus, fub radici-*

[i] Vide auctor. proxime laudat. loca cit. et Grot. ad Gen. viii. 4. [k] Κύρ. Ἀναβ. p. 278. et Diodor. Sic. lib. xiv. p. 257. [l] Κύρ. Ἀναβ. p. 277. [m] Lib. xiv. p. 258. [n] G. S. lib. ii. cap. 10. [o] Κύρ. Ἀναβ. p. 290. [p] Ibid. [q] N. H. lib. vi. cap. 27. [r] Lib. xi. p. 792. [s] Lib. v. cap. 52. [t] Differtat. fæpius laud. [u] Κύρ. Ἀναβ. p. 290. et feq. [x] P. 292. et feq. [y] P. 297. [z] Ibid. [a] Hift. N. lib. v. cap. 24.

bus montis, quem Capoten adpellant, ſupra Zimaram, XIIM. *paſſ. initio Pyxurates nominatus.* In ſeptentrionalibus Tauri partibus fontes ejus poſuit [b] Strabo. [c] Apud Xenophontem quidem dicuntur non longe a Tigris fontibus abeſſe: at referente [d] Strabone, Διέχουσιν ἀλλήλων αἱ πηγαὶ, τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος, περὶ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους. Diverſas utique Euphratis partes intellexerunt; ille fontes deſignat, qua orientem ſpectat amnis; hic a brachio quodam occidentali, cum ſpatium inter eum et Tigrin definivit, initæ menſuræ fecit initium.

Euphratis fontibus a tergo relictis, [e] per nivem altam, ſeptentrionem verſus iter faciunt: [f] nivem vix tandem eluctati, in vicos quoſdam diverterunt Armeniæ; ubi repererunt equos, [g] qui tributi nomine regi alebantur.

[h] Conſumptis ibi ſeptem diebus, octavo demum motis ſepties caſtris, paraſangas quinque ſingulos in dies, ad [i] PHASIN amnem, latitudine fere plethri, progreſſi ſunt. Alius autem hic, atque [k] clariſſimus ille Ponti *Phaſis*, intelligendus eſt. Ad Xenophontis itaque narrationem optime convenire videtur ille *Phaſis*, cujus [l] Conſtantinus Porphyrogenetus meminit, cuique nomen ERAX etiam inditum erat. Tam enim ea ſimilitudo quæ in vocibus *Erax* et *Araxes* invenitur, quam quæ ſcriptor iſte memoriæ prodidit, ad Phaſin Ponti minus convenientia, recte [m] Cl. Deliſle adduxiſſe videntur, ut *Araxen*, qui in mare Caſpium delabitur, eundem eſſe fluvium exiſtimaret, quem Xenophon hic loci *Phaſin* adpellavit.

[n] Hinc caſtris binis, paraſangas decem, per juga mon-

[b] Lib. xi. p. 792. [c] Κύρ. Ἀναβ. p. 258. [d] Lib. xi. p. 792. Adde Salmaſ. Plinian. exercit. p. 438. Ptol. lib. v. cap. 13. et Euſtath. ad Dion. ver. 976. [e] Κύρ. Ἀναβ. p. 299. [f] P. 304. et ſeq. [g] P. 310. Adde Strab. lib. xi. p. 796. [h] Κύρ. Ἀναβ. p. 311. [i] P. 312. [k] De quo Strabo lib. vii. p. 457 et lib. xi. p. 801. Plin. N. H. lib. vi. cap. 4. Dionyſ. ver. 691. Apollon. Rhod. lib. ii. ver. 403. Agathem. lib. ii. cap. 1. aliique paſſim. [l] Imper. Orient. cap. 45. Cl. Deliſle citat Procopium etiam: cum vero auctorum nec verba ſoleat adferre, nec indicare loca, ubi reperiantur, ipſe quidem Procopium teſtem in hanc rem citare nolui, cum neque locum, quem vir doctus huc facere cenſuerit, invenire potuerim, et alias auctorem illum Phaſin amnem Colchicum adpellaſſe, atque adeo in Pontum Euxinum deduxiſſe, noverim. Videſis ejus de Bel. Perſ. lib. i. cap. 15. et de Bel. Goth. lib. iv. cap. 2. et 6. [m] Diſſert. ſæpe cit. [n] Κύρ. Ἀναβ. p. 312, 319.

tium progreſſi, in planitiem tandem vicoſque, fugatis hoſtibus, deſcenderunt. [o] Mox caſtris quinquies poſitis, paraſangiſque triginta confectis, ad TAOCHORUM regionem (ubi hodie TAOCHIR in Tabula Georgiæ ponitur, teſte Cl. Deliſle) pervenerunt: [p] inde per CHALYBUM agros caſtris ſeptem, paraſangas quinquaginta progreſſi ſunt. Eos [q] Diodorus Siculus *Chalcidenſes* vocat. Sed pro Χαλκιδέων, quod exemplaria Diodori repræſentant, legi mallem Χαλδαίων: qua ſcripturæ mutatione facta, jam nulla erit Diodoro cum Xenophonte diſcordia: nam [r] Strabone teſte, Χαλδαῖοι, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο.

Ab his digreſſi, ad amnem Harpaſum, cujus erat quatuor plethrorum latitudo, pervenerunt. Apud auctores autem recentiores, ſua qui ſcriptis mandarunt itinera, fluvium hunc HARPASON nomine venire teſtatur [s] Cl. Deliſle. Cæterum Diodoro Siculo reſtituendum eſt nomen Ἅρπασος, cujus utique locum occupavit [t] Ἅρπαγος.

[u] Hinc per SCYTHINORUM agrum caſtris quartis, paraſangas viginti ad vicos progreſſi ſunt; apud quos triduum manſerunt. Pro Σκυθινῶν in [x] Diodoro male legitur Τασκετίνων: in Stephano Σκυθηνοὶ reperitur. Porro SCYTHINI forſan barbaris illis Ἑπτὰ κωμήταις, quorum meminit [y] Strabo, adnumerandi ſunt. Caſtra deinde quater metati, vigintique paraſangas emenſi, [z] ad urbem venere magnam, tam opibus quam incolis abundantem, cui nomen GYMNIAS: eadem [a] Diodoro dicitur GYMNASIA.

Paucis autem diebus interjectis, [b] THECHEN adtigere, montem ſacrum; unde Græci mare, ſumma non ſine lætitia, tandem conſpexerunt. Apud [c] Diodorum mons hic vocatur Χήνιον: in MSS. quibuſdam Xenophontis exemplaribus legitur Ἤχης. [d] Arrianus Ἱερον ὄρος inter Cera-

[o] P. 320. et ſeq. Reſpice Κύρ. Ἀναβ. p. 312. not. 7. [p] Κύρ. Ἀναβ. p. 325. [q] Lib. xiv. p. 259. [r] Lib. xii. p. 826. [s] Diſſert. ſupra memor. [t] Lib. xiv. p. 259. edit. Rhodom. [u] Κύρ. Ἀναβ. p. 326. [x] Loco cit. Adde Κύρ. Ἀναβ. p. 326. not. 4. [y] Lib. xii. p. 825. Iiſdem videntur addendi, quos Xenoph. ΚΟΙΤΟΥΣ p. 582. vocat. [z] Κύρ. Ἀναβ. p. 327. [a] Lib. xiv. p. 259. [b] Κύρ. Ἀναβ. p. 328. [c] Loco proxime cit. [d] Peripl. P. E. p. 129. edit. Blanc.

ſuntem et Trapezuntem collocavit. Eundem hunc montem intellexiſſe videtur [e] Apollonius Rhodius: Ἱερον δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν ὄρος——Schol. Ὄρος οὕτω καλύμενον τὸ καθῆκον εἰς Εὔξεινον πόντον.

[f] Hinc per MACRONUM regionem caſtris tribus, paraſangas decem progreſſi ſunt. Hi poſtea, [g] Strabone teſte, Σάννοι dicti erant. Similiter [h] Euſtathius: οἱ Μάκρωνες ἔθνος Ποντικὸν, Βεχείρων νοτιώτερον· τύτυς νῦν Σάννυς φαμὲν, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζάνυς—[i] Arrianus autem *Drilas*, quos vocat Xenophon, *Sannos* nominat.

Tridui itinere confecto, [k] COLCHORUM ad montes Græcos deduxere Macrones: Colchiſque in fugam verſis, in vicos illi commeatus copia abundantes diverterunt. Iis autem, quæ de vi mellis, quod ibi reperere Græci, ſcripſit Xenophon, ſimilia memoriæ tradidit [l] Plinius: *Aliud genus*, inquit, *in eodem Ponti ſitu, gente Sannorum, mellis, quod ab inſania, quam gignit*, mænomenon *vocant. Id exiſtimatur contrahi flore rhododendri, quo ſcatent ſilvæ.*

[m] Ab his vicis, caſtra bis metati, progreſſique adeo paraſangas ſeptem, ad TRAPEZUNTEM, Græcam urbem, coloniam Sinopenſium, in Colchorum regione, Pontum ad Euxinum ſitam, pervenere. Colchos etiam [n] Arrianus Τραπεζυντίοις ὁμόρυς adpellat. [o] Straboni et [p] Scylaci TRAPEZUS eſt πόλις Ἑλληνίς: eademque [q] Melæ illuſtris; [r] Euſtathio, κτίσμα Σινωπέων, μέγα ἐμπόριον: [s] Tacito, vetuſta Aſiæ civitas, a Græcis in extremo Ponticæ oræ condita: [t] Plinio, liberum, ſcil. oppidum. Hic dies circiter triginta commorati ſunt Græci; et [u] Trapezuntiis ducibus, in DRILARUM fines incurſionem fecere. Δρυλαὶ autem, ait Stephanus, (lege Δρίλαι) συνοικία τῆς Ποντικῆς Τραπεζῦντος οὐ πόῤῥω, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ἀναβάσεως πέμπτῳ. Quibus [x] Arriani

[e] Ἀργον. β'. ver. 1017. [f] Κύρ. Ἀναβ. p. 330. [g] Lib. xii. p. 825. [h] Ad Dionyſ. ver. 766. Adde Apollon. Rhod. lib. ii. ver. 396. et Plin. N. H. lib. vi. cap. 4. [i] P. E. Peripl. p. 123. [k] Κύρ. Ἀναβ. p. 333. [l] N. H. lib. xxi. cap. 13. Adde Strab. lib. xii. p. 826. [m] Κύρ. Ἀναβ. p. 338. [n] Peripl. P. E. p. 123. [o] Lib. xii. p. 824. [p] P. 33. [q] Lib. i. cap. 19. [r] Ad Dion. ver. 687. [s] Hiſt. lib. iii. cap. 47. Adde Stephan. [t] Hiſt. N. lib. vi. cap. 4. [u] Κύρ. Ἀναβ. p. 352. [x] Peripl. P. E. p. 11. edit. Oxon.

verba libet hæc adjungere: Τραπεζεντίοις μὲν, καθάπερ καὶ Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμοροι· καὶ οὓς λέγει τὲς μαχιμωτάτες ϗ ἐχθροτάτες εἶναι τοῖς Τραπεζεντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δρίλλας (repone Δρίλας) ὀνομάζει, [y] ἐμοὶ δὲ δοκεσιν οἱ Σάννοι οὗτοι εἶναι· καὶ γὰρ μαχιμώτατοί εἰσιν εἰς τοῦτο ἔτι, καὶ τοῖς Τραπεζεντίοις ἐχθρότατοι, ϗ χωρία ὀχυρὰ οἰκεσι, ϗ ἔθνος ἀβασίλευτον.

Græcos inde profectos excepit tandem [z] CERASUS, urbs etiam Græca, prope mare Euxinum fita, in Colchide. Illuftris et hæc apud [a] Melam audit: nomen autem, [b] Euftathio fi modo fidem habeas, ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν κεράσων accepit. Quæ vero Colchidis, Xenophontis ævo, urbs erat, poftea [c] Ponto tribui folebat. Porro, [d] Arriano auctore, αὕτη ἡ Φαρνακεία παλαὶ Κερασες ἐκαλεῖτο, Σινωπέων ϗ αὕτη ἄποικος. Sed [e] Ptolemæus, [f] Strabo, [g] Plinius Pharnaciæ (feu Pharnaceæ) et Cerafuntis, tanquam diverfarum urbium, meminerunt. Imo vero, [h] Strabone tefte, ex Cotyora συνῳκίσθη ἡ Φαρνακία.

A [i] Cerafunte digreffi, MOSYNŒCORUM in agrum penetrarunt: de quibus ita [k] Strabo: Εἰσὶ δ' ἅπαντες μὲν οἱ ὄρειοι τούτων ἄγριοι τελέως, ὑπερβέβληνται δὲ τὲς ἄλλες οἱ Ἑπτὰ κομῆται· τινὲς δὲ ϗ ἐπὶ δένδρεσιν ἢ πυργίοις οἰκεσι, διὸ ϗ Μοσυνοίκες ἐκάλεν οἱ παλαιοὶ, τῶν πύργων μοσύνων λεγομένων. Ζῶσι δ' ἀπὸ θηρίων σαρκῶν ϗ τῶν ἀκροδρύων. Sed et mores hominum iftorum et nominis originem, locis modo citatis, indicavi.

[l] Per eam autem, quam incoluere MOSYNŒCI, regionem, caftris octies pofitis, ad CHALYBAS progreffi funt Græci. Jam vero [m] fupra gentem vidimus, id cui nominis contigit, hac longo fatis intervallo diftantem. Solebant utique barbari ifti paffim per inculta loca palari; nomenque adeo fuum in aliis atque aliis, quæ fedem iis ali-

[y] Sed refpice fupra paulo fcripta de Macronibus. [z] Κύρ. Ἀναβ. p. 362. [a] Lib. i. cap. 19. [b] Ad Dionyf. ver. 453. [c] Pomp. Mel. lib. i. cap. 19. Amm. Marcell. lib. xxii. cap. 8. Strab. lib. xii. p. 825. Ptolem. lib. v. cap. 6. Hierocl. p. 702. Scylax p. 33. Affyriæ eam adfcribit. [d] Peripl. P. E. p. 17. edit. Oxon. [e] Lib. v. cap. 6. [f] Lib. xii. p. 825. [g] Lib. vi. p. 4. [h] Loco cit. [i] Κύρ. Ἀναβ. p. 370, 371. et feq. ubi vide not. 1. et p. 380. not. 4. et 5. necnon p. 384. not. 1, 2, 4. p. 385. not. 1. [k] Lib. xii. p. 825. [l] Κύρ. Ἀναβ. p. 386. [m] P. 21.

quamdiu præbuere, locis inveniri, non eſt quod miretur aliquis. Chalybum etiam intra Halyn amnem ſitorum meminit [m] Herodotus: ſimiliter [n] Ephorus, quem ea de cauſa [o] Strabo fruſtra caſtigat. Nam iſti forſan, mutatis jam, Strabonis ætate, ſedibus, orientem verſus habitatum commigraverant. Ii quidem Chalybes, de quibus [p] antea mentionem fecit Xenophon, longe erant fortiſſimi, Harpaſum ultra fluvium ſiti: jam vero memorat alios, numero exiguos, et Moſynœcorum, quibus erant vicini, ſubjectos imperio. Hos agnoſcit [q] Euſtathius: Οἰκȣ̃σι δὲ, (Tibareni ſcil.) inquit, *καθὰ καὶ οἱ Χαλδαῖοι, μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας —ἐφ' οἷς οἱ Χάλυβές εἰσι—τȣ́τȣς τȣ̀ς Χάλυβας ἄλλοι Χαλδίȣς ἐκάλεσαν* (*ἔθνος δέ εἰσι Ποντικὸν, παρὰ τῷ Θερμώδοντι*): deinde, paucis interjectis, *Ξενοφῶν δὲ*, ait, *ὀλίγȣς τε αὐτȣ̀ς εἶναι λέγει, καὶ τῶν Μοσυνοίκων ὑπηκόȣς.* [r] Hos quoque Strabo Chaldæorum nomine deſignaſſe videtur.

Chalybas adtingunt [s] TIBARENI; ad [t] quorum deinde ventum eſt agrum; quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt, [u] auctore Mela; [x] his ſimilia tradit Ephorus: ſed Moſynœcos his et Tibarenos inter ſe confudiſſe [y] videtur. Tibarenos etiam [z] Strabo cum Chaldæis (qui Noſtro ſunt Chalybes) et Sannis (qui olim Macrones dicebantur) conjungit. [a] Ἄγχι δὲ (ſcil. prope Chalybas) *ναιετάȣσι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοὶ*

Ζηνὸς &c. Similiter [b] Dionyſius.

Cum [c] biduum per horum agrum perrexiſſent, ad COTYORA pervenerunt, urbem Græcam, in regione Tibarenorum poſitam, cujus incolæ Sinopenſium erant coloni. Ταύτης, inquit [d] Arrianus, *ὡς πόλεως Ξενοφῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ*

[m] Lib. i. cap. 28. [n] Apud Strab. lib. xiv. p. 996. [o] Loco cit. ubi vide quæ notavit Palmer. Quin et Pomp. Mela lib. i. cap. 19. facta de Harmene, quæ Paphlagoniam finit, mentione; *Chalybes*, mox inquit, *proximi urbium clariſſimas habent Amiſon et Sinopen—amnium Halyn et Thermodonta.* Adde Plin. N. H. lib. vi. cap. 3. extr. [p] Κύρ. Ἀναβ. p. 325. [q] Ad Dionyſ. ver. 767. [r] Lib. xii. p. 825. [s] Mela lib. i. cap. 19. [t] Κύρ. Ἀναβ. p. 386. [u] Lib. i. cap. 19. [x] Apud Steph. Byz. in v. Τιβαρηνία. [y] Videſis Κύρ. Ἀναβ. p. 385. [z] Lib. xii. p. 825. et 832. [a] Apollon. Rhod. lib. ii. ver. 377. Adde Herod. lib. iii. cap. 94. et Scylac. p. 33. [b] Ver. 767. ubi vide Euſtath. Adde Plin. N. H. lib. vi. cap. 4. [c] Κύρ. Ἀναβ. p. 387. [d] Peripl. P. E. p. 17.

λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐςὶ, κ̀ ὐδὲ αὐτὴ μεγάλη. Apud [e] Strabonem dicitur πολίχνη: apud Stephanum Byz. κώμη πρὸς τῷ Πόντῳ. [f] Ptolemæi exemplaria Κυτέωρον: [g] Plinii, Cotyorum, exhibent. Ex veteribus etiam libris [h] Strabonis editores adferunt Κύτωρος et Κύτυρος: eadem videtur urbs, quæ [i] Melæ vocata eſt *Cotyros.* In [k] Diodoro reperitur eadem atque in Xenophonte ſcriptura. Hucuſque autem pedibus iter fecere Græci; poſitis eum inter locum, in quo pugna fuerat commiſſa, et *Cotyora,* caſtris centum et viginti duobus, paraſangis interea ſexcentis viginti, ſtadiis duodeviginti mille viginti, menſibus octo confectis. [l] Hos utique numeros repræſentare ſolent libri vulgati. Quod ſi paraſangis ſingulis ſtadia triginta, [m] uti ſupra, tribuamus, jam vero augendus erit ſtadiorum numerus, et ex memoratis

Paraſangis, ſcilicet — 620 colligenda
Stadia — — 18600.

Quapropter mendoſa mihi videtur vulgata loci laudati ſcriptura, et pro ςάδιοι μύριοι ὀκτακιςχίλιοι εἴκοσι legerim, fide nixus MStorum Eton. et reg. Pariſ. ςάδιοι μύριοι κ̀ ὀκτακισχίλιοι κ̀ ἑξακόσιοι.

Inde cum, navigiis comparatis, ſolviſſent, [n] lituſque Jaſonium haud procul ſpectaſſent, Thermodontis primum, mox Irios, Halyos deinde fluviorum oſtia prætervecti, ad Harmenem tandem Sinopes portum adpulere.

[o] Thermodon amnis Ponti Polemoniaci, cujus erat trium plethrorum latitudo, [p] ortus ad caſtellum, quod vocant Phanarœam, præterque radices Amazonii montis lapſus, [q] fuit Amazonibus, ut fama erat, accolis inclitus.

[e] Lib. xii. p. 825. [f] Lib. v. cap. 6. [g] N. H. lib. vi. cap. 4. [h] Loco cit. [i] Lib. i. cap. 19. Vide tamen Scylac. p. 34. Marcian. Heracl. p. 71. Strab. lib. xii. p. 820. et Berkel. ad Steph. in v. Κωτύωρα et Κύτωρος. [k] Lib. xiv. p. 261. [l] Κύρ. 'Αναβ. p. 387. et ſeq. [m] Diſſert. hujus p. 15. [n] Straboni lib. xii. p. 825. et Arrian. Peripl. p. 17. eſt ἄκρα 'Ιασόνιον: Ptolem. lib. v. cap. 6. 'Ιασώνιον ἄκρον: Plin. N. H. lib. vi. cap. 4. flumen Jaſonium. [o] Κύρ. 'Αναβ. p. 397, 445. Ptolem. lib. v. cap. 6. [p] Plin. N. H. lib. vi. cap. 3. extr. [q] Virg. Æn. lib. xi. ver. 659. Propert. lib. iii. el. 12. ver. 15. et ſeq. Valer. Flac. lib. iv. ver. 601. Dion. Perieg. ver. 773. et ſeq. et Euſtath. in loc. Adde Apollon. Rhod. lib. ii. ver. 370. et ſeq. Strab. lib. xii. p. 823. Arrian. Peripl. P. E. p. 16. Scylac. p. 33.

[r]Huic proximus eſt Iris; de quo ſic [s]Strabo: ἄλλος δὲ, ſcil. fluvius, τούτῳ (i. e. *Thermodonti*) πάρισος, ῥέων ἐκ τῆς καλουμένης Φαναροίας, τὸ αὐτὸ διέξεισι πεδίον, (τὴν Θεμίσκυραν,) καλεῖται δὲ Ἶρις. Ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν αὐτῷ τῷ Πόντῳ. Ῥυεὶς δὲ διὰ—et cætera ibi legenda. Ejuſdem meminerunt [t]Ptolemæus, [u]Apollonius, [x]Dionyſius, [y]Arrianus, [z]Marcianus, [a]Plinius, [b]Ammianus. [c]Halys deinde fluvius oram Ponti ſeu Paphlagoniæ legentibus ſeſe offert. De quo ſimul et binis illis modo memoratis ita cecinit [d]Apollonius:

——πόλεος δ' ἐπὶ πείρασι αἰγιαλοῖο
Ἀκτῇ ἐπὶ προβλῆτι ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο
Δεινὸν ἐρεύγονται· μετὰ τόνδ' ἀγχίῤῥοος Ἶρις
Μειότερος λευκῇσιν ἑλίσσεται εἰς ἅλα δίναις.
—— ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ὑπ' ἄκρην
Μύρεται, εὐρείης διαείμενος ἠπείροιο.

Et [e]Dionyſius:

—— ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο
Λευκὸν ὕδωρ προΐησιν Ἐνυάλιος Θερμώδων,
Ὅς ποτ'——
Ἶρις δ' ἑξείης καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.
Τῷ δ' ἐπιμορμύρουσι ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο,
Ἑλκόμεναι βορέηνδε, &c.

Quibus addenda hæc [f]Arriani verba: οὗτος ὁ ποταμὸς (ſcil. *Halys*) πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ Περσῶν, νῦν ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ ῥέει, οὐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει [g]Ἡρόδοτος, ἀλλὰ ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου· καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα. [h]Strabo tum

Mel. lib. i. cap. 19. et Amm. Marcell. lib. xxii. cap. 8. [r] Κύρ. Ἀναβ. p. 398. [s] Lib. xii. p. 823. [t] Lib. v. cap. 6. [u] Lib. ii. ver. 367. [x] Ver. 783. [y] P. 16. [z] P. 74. [a] Lib. vi. cap. 3. extr. [b] Lib. xxii. cap. 8. Obiter autem emendandus eſt Euſtath. cujus in Dion. ver. 976. ſic leguntur verba: ἔστι δὲ Τίγρις καὶ Παφλαγονικὸς ποταμὸς, περὶ οὗ φησι Ξενοφῶν, πρῶτον μὲν Θερμώδοντα, εὖρος τριῶν πλέθρων· δεύτερον δὲ Τίγριν, τρίπλεθρον ὡσαύτως· τρίτον δὲ Ἅλυν. Repone, δεύτερον δὲ Ἶριν. [c] Κύρ. Ἀναβ. p. 398. [d] Argon. lib. ii. ver. 365. et ſeq. [e] Ver. 773. et ſeq. Confer Val. Flacc. lib. v. ver. 120. et ſeq. [f] Peripl. P. E. p. 16. [g] Vide Herodot. lib. i. cap. 72. [h] Lib. xii. p. 822.

nominis originem, tum fontes ejus indicat: *ὠνόμαςαι δ' ἀπὸ τῶν ἁλῶν, ἃς παραῤῥεῖ· ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᳳ τῆς Ποντικῆς πλησίον, κατὰ τὴν Καμβυσηνήν.*

[i] Græcos iftorum amnium oftia prætervectos excipit tandem HARMENE, *πόλις Ἑλληνὶς*, auctore [k] Scylace, *καὶ λιμήν*. Similiter [l] Arrianus: *ἀπὸ δὲ Λεπτῆς ἄκρας ἐς Ἁρμένην, ἑξήκοντα* fcil. *ςάδιοι· λιμὴν αὐτόθι· κ̀ Ξενοφῶν τῆς Ἁρμένης ἐμνημόνευσεν.* Dicitur etiam [m] *κώμη τῶν Σινωπέων, ἔχουσα λιμένα*: et [n] *κώμη Παφλαγονίας*: urbs etiam quæ, [o] Mela tefte, Paphlagoniam finit. Sed ultra eam regionis iftius terminos extendit Xenophon.

[p] Ab Harmene ftadia quinquaginta, Strabone et [q] Marciano auctoribus, diftat SINOPE, *ἀξιολογωτάτη τῶν ταύτῃ πόλεων· ἔκτισαν μὲν οὖν αὐτὴν Μιλήσιοι.* Apud Stephanum quoque audit *πόλις διαφανεςάτη τοῦ Πόντου.* Nomen unde duxit, fi quis fcire cupiat, adeat velim [r] Apollonium et [s] Dionyfium. Fuit antiqua quidem urbs, fed ante deductam eo Milefiorum coloniam minus firma, minufque clara: *εἶθ' ὕςερον*, verba funt [t] Strabonis, *Μιλήσιοι τὴν εὐφυΐαν ἰδόντες, κ̀ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἐνοικούντων, ἐξιδιάσαντο, κ̀ ἐποίκους ἔςειλαν.*

[u] Poftea, PARTHENIUM prætervecti, ad Heracleam perveniunt. PARTHENIUS autem amnis, auctore [x] Strabone, *διὰ χωρίων ἀνθηρῶν φερόμενος· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ὀνόματος τούτου τετυχηκώς, ἐν αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᳳ τὰς πηγὰς ἔχει.* Ejufdem meminerunt [y] Mela, [z] Plinius, [a] Arrianus, [b] Marcianus, [c] Scylax, [d] Scymnus, alii. Cæterum a Strabone

[i] Κύρ. Ἀναβ. p. 438. [k] P. 33. Scribitur etiam Ἀρμένη cum fpiritu leni, nonnunquam *Armine*. [l] Peripl. P. E. p. 15. [m] Strabo lib. xii. p. 821. [n] Steph. Byz. in v. [o] Lib. i. cap. 19. Adde Plin. N. H. lib. vi. cap. 2. et Ptolem. lib. v. cap. 4. [p] Strab. lib. xii. p. 821. Κύρ. Ἀναβ. p. 438. Adde Mel. lib. i. cap. 19. [q] P. 72. Arriano autem tefte, Peripl. P. E. p. 15. *ἔνθεν εἰς Σινώπην, ςάδιοι τεσσαράκοντα.* [r] Argon. lib. ii. ver. 948. et feq. ubi vide Schol. [s] Περιηγ. ver. 775. et feq. Videfis etiam Euftath. ad ver. 772. Confer Val. Flacc. lib. v. ver. 110. et feq. et Scymn. Fragm. ver. 204. [t] Lib. xii. p. 822. Ea autem de colonia Milefiorum agit illuftriff. Spanhem. Numifm. T. i. p. 487, 575. T. ii. p. 601. [u] Κύρ. Ἀναβ. p. 445. [x] Lib. xii. p. 818. [y] Lib. i. cap. 19. [z] Lib. vi. cap. 2. [a] Peripl. P. E. p. 14. [b] P. 71. [c] P. 34. [d] Fragm. ver. 226. Adde Apollon. Rhod. lib. ii. ver. 938. et Schol. ad loc. necnon Ptolem. lib. v. cap. 1. et Ammian. Marcell. lib. xxii. cap. 8.

nonnihil discedit Stephanus Byz. quippe huic Παρθένιος est ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Ἀμαςριανῶν πόλεως ῥέων. Ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν· ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον κ̀ παρθενῶδες τȣ̃ ῥεύματος,

Ὡς ἀκαλὰ προρέων, ὡς ἀβρὴ παρθένος εἶσι.

Τινὲς, ὅτι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ παρθένος—τῷ δὲ ποταμῷ Παρθένιον ὄνομα τȣ̀ς προσχώρȣς θέσθαι, ἐπὶ τῷ πάθει τῆς παρθένου. [e]Valerio etiam Flacco auctore, Parthenius is est,

— *ante alios Triviæ qui creditur amnes*
Fidus, et Inopi materna gratior unda.

[f]Porro autem HERACLEA urbs erat Græca, Megarensium colonia, in Maryandenorum agro sita. [g]Ptolemæo dicitur Πόντȣ Ἡράκλεια: sic etiam [h]in nummis vocari solet, ut ab aliis ejusdem nominis urbibus distingueretur. [i]Plinius quidem scriptum reliquit, Heracleam esse oppidum Lyco flumini adpositum: minus adcurate, si fides utique [k]Arriano sit habenda. Nam, ἀπὸ Λύκȣ (verba legis Arriani) εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα Δωρικὴν, Μεγαρέων ἄποικον, ςάδιοι εἴκοσι. [l]Straboni est πόλις εὐλίμενος, κ̀ ἄλλως ἀξιόλογος: [m]a quo paulo ante dicitur Μιλησίων κτίσμα: cum tamen Xenophonti, qui Heracleam Μεγαρέων ἄποικον adpellat, haud pauci, iidemque fide digni, adstipulentur [n]auctores. Quocirca, pro Μιλησίων, legendum Μεγαρέων, apud Strabonem, recte censuisse mihi videntur Casaubonus et Palmerius. Cæterum, quæ de Heraclea simul et CHERRONESO ACHERUSIADE, [o]cujus etiam et Herculis ad Cerberum descensus meminit Xenophon, [p]Mela scripsit, his libet adjungere: *In eo* (Ponto scil. Euxino) *primum Mariandyni urbem habitant, ab Argivo* (*ut ferunt*) *Hercule datam. Heraclea vocitatur: id famæ fidem adjicit. Juxta specus est Acherusia, ad Manes* (*ut aiunt*) *pervius, atque inde extractum Cerberum existimant.* Hæc Mela; cujus verba

[e] Lib. v. ver. 104. [f] Κύρ. Ἀναβ. p. 445. [g] Lib. v. cap. 1. [h] Vide Harduin. Numm. Antiq. illustr. p. 194. et Spanhem. Numism. T. i. p. 265. [i] N. H. lib. vi. cap. 1. [k] Peripl. P. E. p. 14. [l] Lib. xii. p. 817. [m] Lib. xii. p. 816. [n] Arriano adde Scholiast. ad Apollon. lib. ii. ver. 448. Diodor. Sic. lib. xiv. p. 261. Pausan. lib. v. cap. 26. [o] Κύρ. Ἀναβ. p. 446. [p] Lib. i. cap. 19.

fere [q] Solinus exscripsit. At vero [r] ὅτι ἡ περὶ Ἡράκλειαν Ἀχερουσιὰς καλουμένη, πανταχόθεν ἐκ θαλάσσης ἐστὶν ὑψηλή τε καὶ ἀπόκρημνος, καὶ ἀπονένευκεν εἰς δυσμὰς εἰς τὸ πρὸ τῆς Βιθυνίας πέλαγος· καὶ ὅτι προσπίπτον αὐτῇ τὸ κῦμα σφοδροὺς ἀποτελεῖ ἤχους· καὶ περὶ τῶν ἐπ' ἄκρας αὐτῆς πεφυκυιῶν πλατάνων, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῇ πεδίου· καὶ ὅτι δοκεῖ αὐτόθι κατάβασις εἰς ᾅδου ὑπάρχειν, Νύμφις ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείας ά φησί. [s] Labitur autem ibi per planitiem Lycus amnis, duo fere plethra latus, [t] qui viginti stadiis abest ab Heraclea. Ejus meminerunt [u] Arrianus, [x] Plinius, [y] Ovidius, [z] Apollonius.

[a] Hinc digressi partim pedibus, partim navibus Calpes portum, qui in Thracia reperitur Asiatica venere Græci. Hujus meminit [b] Arrianus, citato Xenophonte; eundem agnoscit quoque [c] Plinius, necnon [d] Stephanus Byz. Nomen forsan a fluvio Calpa, de quo [e] Ptolemæus, [f] Strabo et [g] Marcianus, accepit. Ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν (verbis [h] Arriani utor) ὁποῖόν τι χωρίον ἐστὶν, καὶ ὁποῖος ὅρμος, καὶ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχροῦ καὶ καθαροῦ ὕδατος, καὶ ὅτι ὗλαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ξύλων ναυπηγησίμων, καὶ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα Ξενοφῶντι τῷ πρεσβυτέρῳ λέλεκται. Sed cum lectu dignissima sint ea, quæ de portu hoc memoriæ prodidit Xenophon, ejus loca modo adpellata velim adeas. De Thracia autem illa, ubi situs erat Calpes portus, [i] Eustathius hæc: Ὅτι Θρᾷκες οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι, ἀλλὰ καὶ Ἀσιανοὶ, κατὰ τὴν τοῦ Ἀῤῥιανοῦ ἱστορίαν λέγοντος, ὥσπερ Φρύγας καὶ Μυσοὺς, οὕτω δὴ καὶ Θρᾷκας ἐξ Εὐρώπης διαβῆναι εἰς Ἀσίαν, μετὰ Παταρου τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ἀσίαν κατέτρεχον· οὓς ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας οἱ Θρᾷ-

[q] Polyhist. cap. 43. [r] Verba sunt Schol. et Apollon. lib. ii. ver. 730. et seq. Videsis etiam Plin. N. H. lib. vi. cap. 1. et Salmas. Plin. exercit. p. 623. Ammian. Marcel. lib. xxii. cap. 8. Spanhem. Numism. T. i. p. 263. et seq. et Val. Flacc. lib. iv. ver. 595. et seq. et Κύρ. Ἀναβ. p. 445. not. 4. [s] Κύρ. Ἀναβ. p. 446. [t] Arrian. Peripl. P. E. p. 14. [u] Loco cit. [x] N. H. lib. vi. cap. 1. [y] Lib. iv. ex Ponto, el. 10. ver. 47. [z] Lib. ii. ver. 726. ubi Schol. Λύκος, ποταμὸς ὁμώνυμος τῷ βασιλεῖ· ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Μαριανδυνῶν χώρας. Adde his Eustath. ad Dionys. ver. 787. [a] Κύρ. Ἀναβ. p. 450, 452, 458, et seq. [b] Peripl. P. E. p. 3. et 13. Confer Κύρ. Ἀναβ. p. 459. [c] N. H. lib. vi. cap. 1. [d] In v. Κάλπαι. [e] Lib. v. cap. 1. [f] Lib. xii. p. 818. ubi pro Χάλπας ex Ptolemæi loco cit. et Marciani p. 69. rescribendum Κάλπας. [g] Loc. cit. [h] Peripl. P. E. p. 13. [i] Ad Dionys. ver. 322.

κες ᾤκησαν αὐτοί. Vides, opinor, qua de cauſa THRACES iſti a Xenophonte vocantur etiam [k] BITHYNI. Deinde, haud paucis interjectis, pergit Euſtathius: [l] *Ἡρόδοτος δὲ ἱστορεῖ καὶ ὑπὸ τῷ Κροίσῳ Θρᾷκας εἶναί τινας, λέγων ὅτι ὁ Κροῖσος κατεστρέψατο Χάλυβας, Παφλαγόνας, Θρᾷκας, Θυνοὺς, Βιθυνοὺς, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ Ξενοφῶν δὲ οἶδεν Ἀσιανήν τινα Θρᾴκην, ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου, μέχρις Ἡρακλείας, ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσπλέοντι.* [m] Arrianus etiam iſtorum Thracum Bithynorum meminit. [n] Idem hæc alibi: *Μέχρι τοῦδε* (i. e. uſque ad Parthenium amnem, [o] de quo ſupra) *Θρᾷκες οἱ Βιθυνοὶ νέμονται, ὧν καὶ Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ἑλλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν,* [p] *ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ Ἀρκάδες ἀπό τε τῆς Χειρισόφου καὶ τῆς Ξενοφῶντος μερίδος. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἤδη Παφλαγονία.*

[q] Itinere per Thraciam Aſiaticam ſeu Bithynorum agrum facto, ad Chryſopolin ſexto demum die ventum eſt. CHRYSOPOLIS autem erat oppidum Chalcedoniæ; [r] ultra Chalcedona ſeptentrionem verſus, e regione Byzantii, in Bithynia poſitum: ita dictum, ex nonnullorum ſententia, [s] quod ibi Perſæ *τοῦ χρυσοῦ ἀπὸ τῶν πόλεων προσιόντος ἀθροισμὸν* fecerunt; plures autem *ἀπὸ Χρυσοῦ*, vel *Χρύσης, παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Ἀγαμέμνονος*, nomen deducunt.

[t] Mox in BYZANTIUM, [u] urbem in Boſporo ſatis notam, trajiciunt Græci. [x] Deinde profecti ſunt ad PERINTHUM, [y] urbem cum portu in Propontide ſitam, latitudine cc. paſſuum, continenti adnexam; quam *Heracleam*, auctore [z] Marcellino, poſteritas dixit; quamque adeo, eodem

[k] Κύρ. Ἀναβ. p. 458. ubi vide not. 5. coll. cum p. 451, 452, 479, 493. [l] Reſpicit Herodot. lib. i. cap. 28. Adde ejuſd. lib. iii. cap. 90. et lib. vii. cap. 75. [m] De exped. lib. i. extremo: adde Strab. lib. xii. p. 816. [n] Peripl. P. E. p. 14. [o] Diſſertat. p. 31. [p] Reſpicit ea, quæ exſtant Κύρ. Ἀναβ. p. 448—451, 452. [q] Κύρ. Ἀναβ. p. 493. et ſeq. [r] Plin. N. H. lib. v. cap. ult. Steph. Byz. Amm. Marcell. lib. xxii. cap. 8. et Diodor. Sic. lib. xiv. p. 261. [s] Etymol. M. et Steph. Byz. [t] Κύρ. Ἀναβ. p. 498. [u] Mel. lib. ii. cap. 2. Plin. N. H. lib. iv. cap. 11. Arrian. Peripl. P. E. p. 12, 25. Euſtath. ad Dionyſ. ver. 803. Stephan. Byz. Strab. lib. vii. p. 492. et ſeq. Amm. Marcel. lib. xxii. cap. 8. Ptolem. lib. iii. cap. 11. [x] Κύρ. Ἀναβ. p. 511. et ſeq. [y] Plin. N. H. lib. iv. cap. 11. Mel. lib. ii. cap. 2. Scylac. p. 28. Scymn. ver. 714. [z] Lib. xxvii.

[a] Marcellino teſte, Hercules conditam Perinthi comitis ſui memoriæ dedicavit. [b] Stephanus autem Perinthum, non ab Herculis comite, ſed a Perintho Epidaurio, qui cum Oreſte militaverat, accepiſſe nomen perhibet.

[c] Poſtea Seuthæ, ([d] is utique erat Thracum in Europa ſitorum præfectus) qui ſibi imperium in [e] Melandeptas, et Thynos, et Thranipſas, olim patris ipſius imperio ſubjectos, vindicabat, adjunxere ſe Græci. Jamque ſuſcepto bello adverſus Thracas illos, ſupra Byzantium ſitos, [f] aliis atque aliis nominibus diſtinctos, [g] ad locum, qui Delta adpellatur, penetrarunt. Id autem nominis locis pluribus (forſan ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος, quæ [h] Stephani Byz. verba ſunt) inditum fuiſſe docent [i] Plinius, [k] Stephanus et [l] Strabo. His addendus Euſtathius, cujus [m] apud ὑπομνήματα leguntur hæc: Ἰϛέον δὲ ὅτι ὁ Ξενοφῶν ἱϛορεῖ καὶ τῆς Θράκης τόπον εἶναί τινα Δέλτα καλȣ́μενον.

Cæterum ab itinere Græcorum jam paulum ad loca, quorum etiam meminit [n] Xenophon, Biſanthen, Ganum, Novum Caſtellum ſeu Murum digrediendum eſt. Bisanthe dicta et Ῥαίδεϛον, auctore [o] Ptolemæo, prope mare ſita erat, [p] in Thracia. Erraſſe autem Stephanum, qui eam in Macedonia poſuit, auctores infra citati demonſtrant, atque Cl. etiam [q] Holſtenius olim monuit. [r] Apud Plinium ſimul reperiuntur *Cypſella, Biſanthe, Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem ſinum inter duo*

cap. 4. Adde Antonini Itin. p. 323. et quæ ibi notavit Cl. Weſſ. et Ptolem. lib. iii. cap. 11. [a] Lib. xxii. cap. 8. [b] In voce. [c] Κύρ. Ἀναβ. p. 518. et ſeq. [d] Ibid. p. 583. [e] Doctiſſ. Holſten. in Steph. Byzan. pro ΜΕΛΑΝΔΙΑ, χώρα Σικυωνίας, ex MSS. reponendum cenſuit—Σιθωνίας: quomodo vocatur Thraciæ regio apud Herodot. lib. vii. cap. 122. Cum autem τὰ ἐθνικὰ ſint Μελάνδιος, καὶ Μελάνδια, idem Holſten. apud Xenophontem, loc. cit. Μελανδέπται in Μελανδῖται mutandum putavit. Hanc ſane ſcripturam, quam maluit Holſten. exhibent MSS. Eton. et reg. Pariſ. Mihi tamen regio, de qua Steph. minus huc convenire videtur. [f] Herodot. lib. v. cap. 3. de Thracibus ſcriptum reliquit, οὐνόματα δὲ πολλὰ ἔχȣσι κατὰ χώρας ἕκαϛοι. Adde Mel. lib. ii. cap 2. [g] Κύρ. Ἀναβ. p. 543. [h] In v. Δέλτα. [i] N. H. lib. iii. cap. 16. [k] Loc. cit. [l] Lib. xv. p. 1026. [m] In Dionyſ. ver. 242. [n] P. 544. [o] Lib. iii. cap. 11. [p] Plutarch. in Alcibiade, p. 211. edit. Pariſ. Herodotus lib. vii. cap. 137. eam in Helleſponto; Ptolemæus, loco cit. in Propontide collocat. Adde Mel. lib. ii. cap. 2. [q] Not. et Caſtigat. in Steph. p. 68. [r] N. H. lib. iv. cap. 11.

maria porrectus murus procurrentem excludit Cherronesum. Hæc parum, opinor, accepit [s] Surita; quippe qui putaverit *Bisanthen* a Plinio *Macrontichos* esse dictam. Verum ea, tanquam loca diversa, recensent [t] Ptolemæus et [u] Mela. Quin plura τείχεα hic loci exstitisse scribit etiam [x] Herodotus.

Huic proximus est GANUS, quem oppidis quoque Thraciæ [y] Scylax adnumerat, et fuisse scribit [z] Plinius. Ibidem Νέον τεῖχος, quod, [a] Plinium imitatus, *Novum Tichos* dixeris. Hujus etiam meminit [b] Scylax. Utrum autem vocem τεῖχος verteris *castellum* an *murum*, haud multum interest; cum et [c] *murus* denotet *arcem*, *propugnaculum.*

Jam vero ad Græcos, per [d] Thracum MELINOPHAGORUM agrum Salmydesson usque progressos, redeamus. De SALMYDESSO nonnihil variare videntur auctores. [e] Melæ urbs erat HALMYDESSOS: eadem apud [f] Plinium quoque nominis reperitur scriptura. [g] Ptolemæo dicitur Ἀλμυδισσὸς αἰγιαλός. Est et Σαλμυδησσὸς, inquit [h] Lycophronis interpres, ποταμὸς Θρᾴκης, εἰσβάλλων εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. A Stephano scribitur Σαλμυδησὸς κόλπος τοῦ Πόντου. [i] Apud Scymnum invenitur αἰγιαλός τις Σαλμυδησσὸς λεγόμενος,

Ἐφ' ἑπτακόσια στάδια, τεναγώδης ἄγαν
Καὶ δυσπρόσορμος ἀλίμενός τε παντελῶς,
Παρατέταται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρώτατος τόπος.

Cum his velim ea conferas, quæ de eodem loco memoriæ prodidit [k] Xenophon. Ἀπὸ δὲ Θυνιάδος ([l] Arriani verba legis) εἰς Σαλμυδησσὸν, στάδιοι διακόσιοι· τούτου τοῦ χωρίου μνήμην πεποίηται Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος. Sed de nomine et natura

[s] Ad Antonini Itin. p. 176. edit. Wess. [t] Lib. iii. cap. 11. [u] Lib. ii. cap. 2. [x] Lib. vi. cap. 33. [y] P. 28. [z] N. H. lib. iv. cap. 11. [a] Loc. cit. [b] P. 28. [c] Videsis quæ doctiss. Wessel. scripsit ad Anton. Itiner. p. 446. et ad Hierocl. p. 681. [d] Κύρ. Ἀναβ. p. 545. Videsis etiam de nomine p. præced. [e] Lib. ii. cap. 2. [f] N. H. lib. iv. cap. 11. [g] Lib. iii. cap. 11. [h] Ad Alex. ver. 186. [i] Ver. 723. et seq. ubi vide annotat. Hudson. [k] Κύρ. Ἀναβ. p. 545. et seq. [l] Peripl. P. E. extr. ubi lege sis, quæ ex Xenophonte desumpsit. Adde Auctor. anonym. Peripl. P. E. p. 15. Strab. lib. i. p. 86. Herodot. lib. iv. cap. 93. Diodor. Sic. lib. xiv. p. 265.

loci, ut ut variant exempla, inter se auctores revera consentiunt: nam et urbis, inquit doctiss. [m] Cellarius, et litoris et sinus commune nomen fuit: urbe excisa, litoris et sinus nomen apud scriptores posterioris ævi mansit.

[n] Mox lectori occurrit SELYMBRIA; quæ [o] Ptolemæo Σηλυβρία vocata est, et in Propontide collocata. [p] Scymno auctore,—ἐχομένη (scil. finitima Perintho) ἡ Σηλυμβρία,

Ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὶν Βυζαντίου.

In Propontide, ait [q] Mela, SELYMBRIA, *Perinthus*—similiter [r] Plinius. [s] Scylaci Σηλυμβρία est πόλις καὶ λιμήν.

Græci, [t] data commeatui parando prius opera, [u] navigiis in Lampsacum transierunt. LAMPSACUS a [x] Ptolemæo in Propontide Mysiæ, quæ in Hellesponto est, [y] a *Scylace* in Phrygia, collocatur. [z] Et *Hellespontus*, (quæ sunt Plinii verba) *septem stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor inter se contrarias urbes habet*; *in Europa*, *Callipolin et Seston: et in Asia*, Lampsacum *et Abydon*. LAMPSACUS autem ([a] Melæ modo si creduli simus) *Phocæis adpellantibus, nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, ubi primum fulsisset, ibi sedem capesserent.* His similia repræsentat auctor Etymol. M. dissimilia Stephanus, cui Λάμψακος πόλις est, κατὰ τὴν Προποντίδα, ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης. Ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη—— Cum hoc autem de nominis origine consentiunt [b] Polyænus et [c] Plutarchus; a quibus adducta est etiam causa, cur puellæ nomen urbi fuit impositum. Lampsaco proximum est [d] OPHRYNIUM; in quo, auctore [e] Strabone,

[m] Geogr. Ant. lib. ii. cap. 15. [n] Κύρ. Ἀναβ. p. 546. [o] Lib. iii. cap. 11. [p] Ver. 714. et seq. [q] Lib. ii. cap. 2. [r] N. H. lib. iv. cap. 11. His adde Κύρ. Ἀναβ. p. 517. not. 3. [s] P. 28. Videsis etiam Xen. Hist. Gr. lib. i. p. 256. edit. Steph. Amm. Marcel. lib. xxii. cap. 8. [t] Κύρ. Ἀναβ. p. 561. [u] Κύρ. Ἀναβ. p. 575. [x] Lib. v. cap. 2. [y] P. 35. [z] N. H. lib. iv. cap. 11. [a] Lib. i. cap. 19. ubi vide not. 6. Cl. Gronov. [b] Lib. viii. cap. 38. [c] Γυναικ. Ἀρετ. p. 255. Adde Amm. Marcel. lib. xxii. cap. 8. [d] Κύρ. Ἀναβ. p. 576. [e] Lib. xiii. p. 889.

erat *τὸ τοῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν περιφανεῖ τόπῳ.* Ab eodem, atque etiam [f] Herodoto, prope Dardanum ponitur OPHRYNIUM.

[g] Hinc per TROJAM profecti sunt Græci, et superata Ida, primo ad Antandrum perveniunt; deinde itinere Lydiæ propter mare facto, ad Thebes campum. Pro ΤΡΟΙΑΣ autem, quæ in vulgatis comparet libris, MSS. Eton. et reg. Parif. exhibent ΤΡΩΑΔΟΣ. Verum, five urbem, quæ fuit, intellexeris, five regionem ei vicinam, fcriptura recepta loco minime movenda eft. [h] Nam illa tota regio proprie TROJA dicitur; *Ilium*, princeps in eadem urbs—*ἀγλαὸν ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων.* Adpofite ad hanc rem declarandam etiam [i] Strabo fcripfit, Ἐκ *δὴ τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων, εἰκάζουσιν οἱ φροντίσαντες περὶ τούτε πλέον τι πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτην ὑπὸ τοῖς Τρωσὶ γεγονέναι, διῃρημένην μὲν εἰς δυναστείας ἐννέα, ὑπὸ δὲ τῷ Πριάμῳ τεταγμένην κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πολεμὸν, καὶ λεγομένην* ΤΡΟΙΑΝ.

Cæterum, IDA, [k] mons TROJÆ, (Myfiæ etiam ex mente [l] Melæ Æolidifve) *vetere divarum certamine, et judicio Paridis memoratus, orientem folem, aliter quam in aliis terris folet adfpici, oftentat. Namque*, et cætera apud [m] auctorem legenda. [n] *Is autem mons primo parvis urbibus adfperfus eft,—Gremio interiore campus* THEBE *nomine*; ADRAMYTTION, *Aftyram, Chryfam, oppida, eodem quo dicta funt ordine adjacentia, continet*; *in altero latere* ANTANDRUM. *Duplex caufa nominis jactatur. Alii Afcanium, Æneæ filium, cum ibi regnaret, captum a Pelafgis, ea fe redemiffe commemorant*: *alii ab iis putant conditam, quos ex Andro infula vis et feditio exegerat. Hi* ANTANDRUM, *quafi pro* Andro, *illi quafi pro* viro, *accipi volunt.* At vero ANTANDROS *πόλις* (fic utique Stephanus) *ὑπὸ τὴν Ἴδην τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος, ἀπὸ Ἀντάνδρου τοῦ στρατηγοῦ Αἰολέων.*

[f] Lib. vii. cap. 43. ubi fcribitur Ὀφρύνειον. [g] Κύρ. Ἀναβ. p. 577. [h] Vide Κύρ. Ἀναβ. p. 577. not. 2. [i] Lib. xiii. p. 875. Adde Steph. in v. Ἴδη. [k] Steph. Byz. [l] Lib. i. cap. 18. [m] Mel. lib. i. cap. 18. extr. Adde Plin. N. H. lib. v. cap. 30. et Strab. lib. xiii. p. 873. [n] Mel. loc. cit. Adde Virg. Æn. lib. iii. ver. 6.

Sed, quod et de aliis plerumque oppidorum nominibus dici poteſt,

[o] *Nominis in dubio cauſa eſt :*——

Porro, [p] *ἀπὸ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Ἰνδίσης τὸ κάτω ἦν πρότερον μὲν δι' αὐτὴν ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ* ΛΥΔΙΑ. Hinc illud Mare Lydiæ, cujus meminit [q] Xenophon. Huc faciunt etiam verba [r] Strabonis hæc : *τὸ δὲ* ΘΗΒΗΣ ΠΕΔΙΟΝ *Λυδοὶ* ſcil. *ἐπῴκησαν.* Itaque nihil eſt quod ex mente Leunclavii, ut ei favent MSS. Eton. et reg. Pariſ. pro *τῆς Λυδίας* ſcribamus *τῆς Ἀσίας.* In eodem etiam hoc tractu Theben ejuſque campum, *πλησίον Τροίας*, agnoſcunt, præter [s] Melam et [t] Strabonem ſupra modo citatos, [u] Stephanus, [x] Herodotus, [y] Plinius.

[z] Inde per Atramyttium et Certonium, a quibus haud procul erat Atarne, ad Caïci campum, mox et Pergamum profecti ſunt Græci. ΑΔΡΑΜΥΤΤΕΙΟΝ *δὲ* (ſic utique apud Stephanum et [a] Herodotum ſcribitur) eſt *πόλις τῆς κατὰ Κάϊκον Μυσίας· ἡ γραφὴ διχῶς,* (inquit Steph.) *διὰ τοῦ τ, καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο· ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο, τῷ ι μόνως.* Apud [b] Scylacem reperitur *Ἀδραμύτιον* : apud [c] Strabonem, *Ἀτραμύττιον.* In Phrygia majore [d] Ptolemæus collocat *Ἀδραμύττιον.* Huic proximum eſt Certonium, quod apud [e] Herodotum *Καρίνη* adpellari videtur. Sic autem ille de Xerxis exercitu. *Ἐποιέετο δὲ τὴν ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίης ὁ στρατὸς ἐπί τε ποταμὸν Κάϊκον καὶ τὴν γῆν Μυσίην· ἀπὸ δὲ Καΐκου ὁρμεώμενος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ τοῦ*

[o] Ovid. Faſt. lib. iii. ver. 839. [p] Scylac. p. 36. Locus eſt corruptiſſimus, atque ita forſan emendandus : *Ἀπὸ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Ἴδης, εἰς τὸ κάτω, ἣν πρότερον μὲν δὴ αὕτη ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ Λυδία.* Videſis etiam Voſſ. et Palmer. ad loc. [q] *Κύρ. Ἀναβ.* p. 577. [r] Lib. xiii. p. 877. [s] Lib. i. cap. 18. [t] Lib. xiii. p. 877, 879. [u] In v. [x] Lib. vii. cap. 42. [y] N. H. lib. v. cap. 30. Adde Liv. lib. xxxvii. cap. 19. [z] *Κύρ. Ἀναβ.* p. 577. [a] Lib. vii. cap. 42. [b] P. 36. [c] Lib. xiii. p. 872. [d] Lib. v. cap. 2. Adde Mel. lib. i. cap. 18. Plin. N. H. lib. v. cap. 3. a quo *Adramytteos* dicitur ; a Livio, lib. xxxvii. cap. 19. *Adramytteum.* [e] Lib. vii. cap. 42. ubi adfertur etiam ex MSto *Κάρνη* : Stephanus autem exhibet *Καρήνη*, citato Herodoto, in v.

Ἀταρνέος ἐς Καρίνην, πόλιν. Situm eundem, qui in Xenophonteam narrationem ſatis convenit, obtinet etiam apud [f] Plinium CARENE; quam juxta *Atarneam* poſuit. ATARNEUS autem ([g] nam alio atque alio modo ſcribitur) eſt, auctore Stephano, πόλις μεταξὺ Μυσίας, καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. Porro, CAICI campus ille Myſorum erat, [h] Herodoto teſte: cui accedit [i] Strabo: Ἡ δὲ Μυσία, inquit, κατὰ τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπηνῆς ἐπὶ τὴν Περγαμηνὴν καθήκει, καὶ τὸ Καΐκου λεγόμενον πεδίον. Græcos hinc profectos excepit [k] PERGAMUM, oppidum longe clariſſimum; quod Myſiæ tribuendum docet [l] Plinius: cujus plura verba, iis etiam quæ infra ſcripſit [m] Xenophon illuſtrandis apta, libet adferre: *Supra Æolida*, inquit, *et partem Troadis, in mediterraneo eſt, quæ vocatur* TEUTHRANIA, *quam Myſi antiquitus tenuere. Ibi* CAICUS *amnis jam dictus oritur. Gens ampla per ſe, etiam cum totum Myſia adpellaretur.* In ea — [n] HALISERNE — PARTHENIUM — APOLLONIA, *longeque clariſſimum Aſiæ* PERGAMUM — [o] Mox deinde Xenophon copias ad PARTHENIUM uſque oppidum ducebat; ibique capto Aſidate, Pergamum cum ſuis reverſus eſt. [p] Parthenii ſupra meminerat Xenophon; idem etiam in eodem hoc tractu a

[f] N. H. lib. v. cap. 30. Cæterum, Stephanus ex Theopompo adfert urbem, nomine Κυτώνιον, μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας: quam, cum ejus ſcriptura minus a Xenophonteo Κερτονίῳ diſcedat, forſan hic aliquis libentius intellexerit. [g] Stephano eſt Ἀτάρνα: Straboni, lib. xiii. p. 872. et 904. Herodot. lib. vii. cap. 42. Scylaci p. 37. Ariſtoteli Πολιτ. lib. ii. cap. 7. Iſocrati Panegyr. p. 70. edit. Steph. et Noſtro Hiſt. Gr. lib. iii. Ἀταρνεύς: Plinio, loc. cit. *Atarnea*, in caſu recto. [h] Lib. vi. cap. 28. [i] Lib. xii. p. 863. [k] Κύρ. Ἀναβ. p. 577. [l] Plin. N. H. lib. v. cap. 30. Adde Strab. lib. xiii. p. 924. Scribitur autem et Πέργαμον et Πέργαμος. In Phrygia majore a Ptolemæo, lib. v. cap. 2. collocatur Πέργαμος. Tu videſis Diſſertat. hujus p. 10. not. e. et Κύρ. Ἀναβ. p. 577. not. 4. ubi pro τῆς Ἀσίας lege τῆς Λυδίας: ſic enim edit. Ald. Flor. Steph. Leuncl. In uno tantum exemplari inveni τῆς Ἀσίας. At lectionem, quam auctori reſtitui, ſcil. τῆς Μυσίας, MSS. reg. Pariſ. et Eton. exhibent. Confer Spanhem. Numiſm. T. i. p. 623. [m] Κύρ. Ἀναβ. p. 579. et ſeq. [n] Scribitur et Ἀλίσαρνα apud Stephan. cum ſpiritu leni; cum aſpero, apud Xenoph. Hiſt. Gr. lib. iii. haud longe ab initio, Ἁλισαρνία: apud Strab. lib. xiv. p. 971. Ἁλίσαρνα. Adde Mel. lib. i. cap. 18. Scylac. p. 36. et ſeq. Strab. lib. xiii. p. 915. Ptolem. lib. v. cap. 2. Herodot. lib. vii. cap. 42. Steph. in v. Τευθρανία. [o] Κύρ. Ἀναβ. p. 581. [p] P. 579.

[q] Plinio collocatum vides. Quare, pro ὑπὸ τὸ Παρθενικὸν πόλισμα, quæ in libris editis comparere ſolent, ὑπὸ τὸ Παρθένιον πόλισμα, MSti regii Pariſienſis auctoritate nixus, reponi tandem debere cenſeo.

[r] Jam vero Thimbroni Lacedæmonio, bellum in Tiſſaphernem et Pharnabazum intendenti, Græci reduces ſeſe adjunxerunt: atque ita demum finita eſt expeditio, in quam Cyrus eos eduxerat; quamque, illo mortuo, menſibus quindecim, auctore potiſſimum et duce Xenophonte, confecerunt.

En autem itineris totius menſura, ipſe quam hiſtoriæ ſubtexuit [s] Xenophon——

Paraſangæ	—	1150
Stadia	— —	34255.

At vero ſi dederis, ut [t] alias, paraſangis ſingulis ſtadia triginta, videbis illico ſtadiorum augendum eſſe numerum; atque adeo ex——

Paraſangis	—	1150 elicienda eſſe
Stadia	— —	34500.

Ad conciliandas iſtas inter ſe menſuras adjumenti nihil ſubminiſtrant libri manu exarati: [u] imo vero minuendo ſtadiorum numero diſſidium earum augere videntur. Itaque tentare libet an, mutata ſcriptura loci, nodus expediri poſſit: a MSto nimirum Etonenſi cum abſit plane διακόσια, vera lectio in πεντήκοντα πέντε latere, atque adeo locus ita legi debere videatur, ϛάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, πεντακόσια. Sic utique ſtadiorum is exorietur numerus, quem dictæ modo paraſangæ poſtulant. Attamen, quod diſſimulandum non eſt, ſi reſpexeris collegeriſque paraſangas [x] ſupra memoratas, ſcil.

[q] Loco cit. [r] Κύρ. Ἀναβ. p. 582. [s] Κύρ. Ἀναβ. p. 583. [t] Diſſertat. p. 29. [u] Quippe MS. Eton. pro ϛάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, διακόσια πεντήκοντα πέντε, repræſentat ϛάδια μύρια τετρακισχίλια, πεντήκοντα πέντε: MS. reg. Pariſ. itidem—ϛάδια μύρια &c. libris editis congruenter. [x] Diſſertat. p. 18. et 29.

Ab *Epheſo* ad locum, ubi pugnatum erat	535
A pugnæ loco ad *Cotyora* — —	620

Græcis confectas, pro paraſangis illis 1150, quarum Ἀναβάσει extrema reperitur mentio, ſeſe tibi exhibebunt 1155. Quamobrem numeri forſan ita demum ſunt in integrum reſtituendi—*παρασάγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα πέντε, ϛάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, ἑξακόσια πεντήκοντα.* Haud ita præceps hoc, loco quod a menſurarum iſtarum inter ſe diſcordia laboranti oblatum eſt, remedium, opinor, habebitur, animo ſi quis ſecum cogitaverit, [y] id duarum tantum literarum commutatione, et [z] vocis unius tranſlatione, niti. Me quidem minime fugit, menſuras itinerum, apud antiquitatis monumenta paſſim, pro varietate temporum regionumque, variare. Sed inde nullum ſane lectioni vulgatæ præſidium adferri poteſt; cum vis menſurarum nominibus eadem ubique, apud eundem utique auctorem, (ipſe niſi moneat, ut aliter ea atque aliter ſubinde accipias) tribuenda videatur. Jam vero Xenophonteis paraſangis (uti ex collatis inter ſe nominibus numeriſque, [a] ſupra adductis, conſtat) ſtadia contineri ſolent triginta: proinde, quo numeri inter ſe cohæreant apte, ſic tandem ſubducendi videntur——

Ab Epheſo ad Cotyora	*paraſangæ*	1155
	[b] *ſtadia* —	34650

ex ſcriptura ſcilicet, quam auctori reſtituendam putavi. Verum de illa tuo utere judicio: nihil enim impedio.

Quamvis autem tibi dubia forſan adhuc et impedita, [c] tum tempus in itinere conficiendo conſumptum, tum iter ipſum et loca peragrata, quædam objecerint, id tamen nullo negotio perſpicies, auctorem utique tuæ paſſim con-

[y] Scil. διακόσια in ἑξακόσια. [z] Scil. πέντε, quæ ſtadiis ſubnecti ſolet, ad paraſangarum numerum. [a] P. 14. et 25. [b] Quæ milliarium noſtrorum, plus minus, efficient 4331. [c] Videſis quæ viri eruditiſſ. Dupin. Biblioth. univerſ. Hiſtor. cap. 29. Deliſle diſſertat. ſæpius laudat. et Rollin. Hiſtor. antiq. Tom. iv. cap. 2. ſect. 6. ſcripſere.

fuluiffe delectationi fimul et utilitati. [d] De regionibus certe, urbibus, vicis, fluviis, injecta fubinde mentione adcurata, facinorum ita diftinxit hiftoriam, ut lectionis tædium ufque fallat levetve, fuavi varietate fuam orationem ornet, perutili rerum cognitione lectoris animum pafcat perfundatque.

[d] Ariftid. T. ii. p. 511. Κάλλη δὲ προσλαμβάνει ὁ λόγος ἀφελὴς καὶ ἐκ τόπων, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ ἐξ ἄλλων τῶν παρακολουθέντων· οἷον, ὅταν πόλιν λέγῃ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα· ὅταν ποταμὸν ἢ ὅθεν ῥεῖ, ἢ ὅσον τὸ εὖρος, ἀεὶ τὰ τοιαῦτα κάλλος προστίθησι τῷ λόγῳ.

SERIES

REGUM PERSICORUM,

A CYRO CAMBYSIS F. AD ARTAXERXIS MNEMONIS USQUE TEMPORA DEDUCTA.

I. CYRUS ſeptuagenarius vita functus eſt, poſtquam Perſici et Medici exercitus imperator declaratus eſt 30 annis; poſt captam Babylonem 9; poſt initam monarchiam 7, cum menſe uno aut altero. Anni autem illi novem, ducto ſcilicet ab anno mundi 3466 initio, deſinunt in annum mundi 3475; ante Chriſtum 525, ante æram vulgarem 529.

II. CAMBYSES, qui in Cyri patris imperium ſucceſſit, annos regnavit 7, cum menſibus 5. His ſi ſeptem illos menſes, quos, Cambyſe mortuo, in imperio exegit ſive Smerdis, ſive Magus quidam Smerdin mentitus, addas, exorientur anni 8, qui in canone Aſtronomico Cambyſi tribuuntur. Obiit anno mundi 3482, ante Chriſtum 518, ante æram vulgarem 522.

III. DARIUS *Hyſtaſpis* f. imperium deinde adeptus, illud annis adminiſtravit 36. ſcil. ab anno mundi 3482, ad ejus annum 3519; ante Chriſtum 481, ante æram vulgarem 485. Hoc mortuo

IV. XERXES I. rerum potitus, regnavit annos 12: ſcil. ab anno mundi 3519, ad ejus annum 3531; ante Chriſtum 469, ante æram vulgarem 473. Ei fraude Artabani occiſo ſuccedit

V. ARTAXERXES, μακρόχειρ nominatus; cujus regno dantur anni 48; inito ſcil. anno mundi 3531; finito 3579:

ante Chriſtum 421, ante æram vulgarem 425. Hoc mortuo

VI. Xerxes II. ad unum duntaxat annum imperio potitus eſt. At Sogdiano, qui Secundianus etiam dictus eſt, fratri ejus et interfectori fuit imperium non ultra ſex ſeptemve menſes productum. Necatus ſiquidem eſt ab Ocho fratre, qui poſtea, dictus etiam

VII. Darius II. ſive Nothus, regnavit annos 19: ſcil. ab anno mundi 3581, ad annum 3600; ante Chriſtum 400, ante æram vulgarem 361. Dario autem morienti ſuccedit

VIII. Artaxerxes II. ſive *Mnemon*, adverſus quem bellum comparavit frater ejus minor natu Cyrus; cujus hiſtoria tibi jam in manus eſt tradita. Regnavit Artaxerxes hic annos 43; ſcil. ab anno mundi 3600 ad annum 3643; ante Chriſtum 357, ante æram vulgarem 361.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ARGUMENTUM.

CYRUS, Dario patre mortuo, per calumniam Tiſſaphernis, ſatrapæ Perſici, in odium Artaxerxis fratris, qui Dario ſucceſſerat, incurrit; et captivus quidem ducitur, ſed mox liberatus, in ſatrapiam, cui a Dario præfectus fuerat, revertitur. Atque hæc cauſa belli fraterni fuit: nam Cyrus clam Artaxerxe magnum ex Aſiatica Græcia et barbaria exercitum collegit, qui, Sardibus profectus, celerrimo itinere in Babyloniam pervenit. Confligitur, et vincunt Græci Perſas in dextro cornu; ſed Cyrus, etſi ipſe quoque Perſas in fugam inclinarat, cupidius pugnans interficitur. Ejus mores deſcribuntur.

[1]ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ [a]ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ[2] Α′.

[3]ΔΑΡΕΙΟΥ καὶ Παρυσάτιδος [b]γίγνονται [4]παῖδες δύο· πρεσβύτερος μὲν [c]Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. C. I.

[a] ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ Α′.] ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ λόγος πρῶτος MS. Par. [b] γίγνονται] γίνονται MS. Par. [c] Ἀρταξέρξης] Ἀρτοξέρξης in codd. nonnullis Steph. it. in Cteſiæ fragm. et apud Plutarch. conſtanter.

[1] ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΚΥΡΟΥ &c.] Quidam libri repræſentant ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Ζ′.

[2] ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ &c.] Expeditionis, qua de his in libris agitur, Hiſtoria Græce inſcribitur Ἀνάβασις, propterea quod Cyrus urbem verſus, Artaxerxis regia nobilem, atque adeo ſuperiores Aſiæ partes, dirigebat iter. Nam *primum* Græcorum moris erat de urbibus quarumlibet regionum illuſtriſſimis ita loqui, quaſi perinde *ſitu* atque *honore* eminerent: unde, eo qui proficiſcuntur, ἀναβαίνειν dicantur. Arrian. in Epictet. lib. iii. cap. 7. de Roma verba faciens, οὐδεὶς, inquit, τολμήσει ἀναβῆναι. Eadem fere de cauſa, Scriptor modo laudatus, Xenophontei argumenti ſtilique æmulus, libros ſeptem, quos de rebus geſtis Alexandri compoſuit, eundem, quo Cyri hæc Hiſtoria gaudet, titulum præferre voluit. Motus itidem Hieroſolymam verſus, ex Hebræo pariter ac Græco idiomate, paſſim apud Sacros utriuſque Inſtrumenti auctores verbo, cui *adſcendendi* notio ſubjecta eſt, exprimitur: partim, quod Hieroſolyma Judaïcarum princeps eſſet urbium; partim, quod revera in eam, utpote altiori, montano ſcilicet, loco ſitam, adſcenderent homines. *Deinde*, Veteres *ſuperiorem* aliam, aliam *inferiorem* agnoſcunt Aſiam. Herodotus lib. i. cap. 177. Ioniam, Cariam, Lyciam, maritimas oras, vocat τὰ κάτω τῆς Ἀσίας: *interiora* vero ſeu *Mediterranea*, τὰ ἄνω αὐτῆς. Iſtæ, nimirum, provinciæ æque ac iis vicinæ aliæ, ubi Cyrus exercitum in expeditionem coëgit, fluviorum oſtiis in mare tum Ægæum tum Mediterraneum decurrentium adſitæ, *inferiores* jure nominantur: et maritimæ atque occidentalis hujuſce Aſiæ partis incolæ a Noſtro Hiſt. Græc. lib. i. p. 256. edit. Steph. οἱ κάτω dicuntur. Contra, *ſuperiores* eæ adpellantur provinciæ,

C. I. [d]Ἐπεὶ δὲ[1] ἠσθένει Δαρεῖος, καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου,
2 [e]ἐβούλετο τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι. Ὁ μὲν οὖν πρεσβύ-

[d] ἐπεὶ δὲ] ἐπειδὴ δὲ Aristides. [e] ἐβούλετο τὼ] ἐβούλετό οἱ τὼ Zeun. ex Aristide.

quæ a fluviorum fontibus, ex altioribus locis exilientibus, propius absunt, uti recte ad Pompon. Mel. lib. i. cap. 3. observavit doctiss. Is. Vossius. Hinc orta forsan memorata prius Asiæ divisio; cujus in superiori parte cum regiæ Persicæ statuerentur, rex ille magnus idcirco dicitur ὁ ἄνω βασιλεὺς infra lib. vii. sub init. qui ad eum pergit, ἄνω πορεύεσθαι, uti mox legitur, sive ἀναβαίνειν, uti passim; et hæc ipsa ἀνάβασις, ἡ ἄνω ὁδὸς lib. iii. sub init. ab Arriano exp. Alex. lib. i. cap. 12. ἄνοδος. Qui vero a regiis sedibus maritimas versus oras progrediuntur, eorum iter ubique fere nuncupari solet κατάβασις: unde apud Nostrum in vita Agesil. haud longe ab initio, καταβὰν audit στράτευμα, quod a rege ad Tissaphernem missum erat.

[3] Δαρείου καὶ &c.] Omissa præfandi ratione solenni, medias in res properat Auctor: cujus ad imitationem quæ ab argumento statim incipiunt Historiæ, ἀκέφαλα σώματα vocantur a Luciano p. 358. edit. Bourdel. Perfectionem autem primæ hujusce sententiæ more rhetorico intuetur atque laudat Demetr. Phaler. in princip. libel. περὶ Ἑρμην. Idem sect. 19. Τρία δὲ γένη περιόδων ἐστὶν, ἱστορικὴ, διαλογικὴ, ῥητορική. Ἱστορικὴ μὲν ἡ μήτε περιηγμένη, μήτ' ἀνειμένη σφόδρα, ἀλλὰ μεταξὺ ἀμφοῖν· ὡς μήτε ῥητορικὴ δόξειεν καὶ ἀπίθανος διὰ τὴν περιαγωγὴν, τὸ σεμνόν τε ἔχουσα καὶ ἱστορικὸν ἐκ τῆς ἁπλότητος· οἷον ἡ τοιάδε· Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται, μέχρι τοῦ, νεώτερος δὲ Κῦρος. Ἑδραίᾳ γάρ τινι καὶ ἀσφαλεῖ καταλήξει ἔοικεν αὐτῆς ἡ ἀπόθεσις. Aristid. T. ii. p. 517. Ὅλως δὲ ὡς ἐγένετο τὰ πράγματα, οὕτω δεῖ καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκλαμβάνειν· οἷον, Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται παῖδες δύο· ἐνταῦθα, &c. Cæterum, de Dario hoc et Parysatide videsis regum Persicorum seriem chronologicam, huic quam Historiæ præmissam invenies.

[4] Παῖδες δύο· &c.] Numerum Plutarchus in vita Artoxerx. p. 1012. T. 1. auget duobus aliis, Ostane scilicet et Oxathre. Ἀρτοξέρξης (sic enim apud Plutarch. et alibi scribi solet) hic, cognomento Mnemon, Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο, ibidem inquit Auctor laudatus. Videsis Ctesiæ Persic. p. 650. et 687. edit. Gronov.

[1] Ἐπεὶ δὲ &c.] Æl. Aristid. T. ii. p. 506. ed. Ox. Λέγω οὖν ὅτι καὶ λέξει ἀνεμφάτῳ χρῆται ὁ ἀφελὴς ἀνὴρ, καὶ σχήματι, καὶ ῥυθμῷ· ὥσπερ ἔχει καὶ ἐνταῦθα· Ἐπειδὴ δὲ ἠσθένει Δαρεῖος, καὶ ὑπώπτευε τοῦ βίου τελευτὴν, ἐβούλετό οἱ τὼ παῖδε ἄμφω παρεῖναι· οὐ γάρ ἐστιν ὁ ῥυθμὸς, ὥσπερ ἂν πολιτικοῦ ἀνδρὸς γένοιτο, συνειλκυσμένος καὶ συνειληφὼς τὰ νοήματα. Τὰ δὲ ὀρθῶντα νοήματα δριμύτητα ἔχει ἀντὶ τοῦ πλαγιάζειν. Τὸ μὲν γὰρ πλαγιάζειν ἦν, Ἀσθενῶν δὲ Δα-

τερος παρὼν ἐτύγχανε· Κῦρον δὲ [f] μεταπέμπεται [1] ἀπὸ τῆς C. I.
ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν [2] σατράπην ἐποίησε· καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς [g] Καστωλοῦ [3] πεδίον ἀθροίζονται. [4] Ἀναβαίνει οὖν ὁ Κῦρος, λαβὼν [h] Τισσαφέρνην [5] ὡς φίλον· καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ ἔχων ὁπλίτας ἀνέβη τριακοσίους, ἄρχοντα δὲ αὐτῶν [i] Ξενίαν Παῤῥάσιον.

[f] μετεπέμπετο] μεταπέμπεται marg. Steph. MSS. Eton. Par. et Ariſtides. [g] Καστωλοῦ] Καστάλου marg. Steph. Πακτωλοῦ Welſii conjectura. [h] Τισσαφέρνην] Τισαφέρνην apud Plutarch. [i] Ξενίαν] Ξεννίαν MS. Par.

ρεῖος. Κινδυνεύει δὲ ἐγγυτάτω εὐτελείας προσεῖναι ἡ ἀφέλεια· διὰ τὸ πλείστοις ὀνόμασιν ἀνεμφάτως χρῆσθαι· ὡς καὶ ἐνταῦθα, τὸ ἠσθένει ψιλὸν ἦν ὄνομα· διὰ τοῦτο αὐτῷ παρετάθη καὶ ἰσοδυναμοῦν, ἵνα ἐκφύγῃ τὴν εὐτέλειαν· Ἐπειδὴ δὲ ἠσθένει Δαρεῖος, καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου. Ubi notandum Ἐπειδὴ δὲ, &c. apud Ariſtid. pro Ἐπεὶ δὲ, &c. legi: et pro ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, &c. exſtare ibidem, ὑπώπτευε τοῦ βίου τελευτὴν, ἐβούλετό οἱ τὼ παῖδε, &c. et ἄμφω pro ἀμφοτέρω. Idem p. 503. οὕτω δέ τι χρηστὸς ἦν ὁ Δαρεῖος καὶ φιλόστοργος, ὥστ' ἐβούλετο τοὺς παῖδας ἀμφοτέρους αὐτῷ παρεῖναι. Ἐπειδὴ δὲ ἠσθένει Δαρεῖος, καὶ ὑπώπτευε τοῦ βίου τελευτὴν, ἐβούλετό οἱ τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι· τοῦτο χρηστοῦ ἤθους ἐστί· πατρικὴν γάρ σοι διάθεσιν ἐνεδείξατο· καὶ ἔστι τῆς γνώμης ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ ἔθος ἀφελοῦς ἀνδρός—.

[1] Μετεπέμπετο ἀπὸ &c.] Ariſtides (cui adſtipulatur MS. Eton.) de dict. ſimpl. p. 681. edit. Ald. legit μεταπέμπεται, eaque de ſcriptura ſic commentatur, Καὶ ἡ τοῦ χρόνου παραλλαγὴ, τῆς ἀφελείας ἐστί. Τὸ γὰρ παρεληλυθὸς εἰς τὸν ἐνεστῶτα ὁρίζονται. Οἷον, Κῦρον δὲ μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς· ἀντὶ τοῦ μετεπέμψατο. Ὁ χρόνος γὰρ μεταβληθεὶς τὴν ἀφέλειαν ἐποιήσατο. Δεῖ γὰρ ποθ' ὑμᾶς ὑποθεῖναι τὰ γεγονότα ὡς γινόμενα— Καὶ ἔστι καινοπρέπεια ἐν τῷ τοιούτῳ.

[2] Σατράπην ἐποίησε· &c.] Rem eandem narrant Diodor. Sic. lib. xiv. p. 244. edit. Rhodom. Plutarch. loco jam citato: Noſter Hiſt. Græc. p. 256. De prioris vocis origine vide Indic. voc. Perſic. Cyrop. noſtræ adjectum.

[3] Εἰς Καστωλοῦ πεδίον &c.] Quo de loco vide Diſſertationem huic operi præmiſſam.

[4] Ἀναβαίνει οὖν &c.] Ariſtid. T. ii. p. 504. Ἦθος πάλιν ἄλλο ἀφανὲς καὶ κεκρυμμένον, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀφελέσι λόγοις προσήκει· Ἀναβαίνει οὖν ὁ Κῦρος λαβὼν Τισσαφέρνην, ὡς φίλον· Τί γὰρ δεῖ ἐξαγορεύειν καὶ λέγειν, λαβὼν Τισσαφέρνην τὸν μάλιστ' ἐπιβουλεύοντ' αὐτῷ, ὡς φίλον· τὸ δὲ ἀποκρυψάμενον ἐφ' ἑαυτοῦ ἐᾶσαι, τοῦτο ἔχει τὸ ἦθος.

[5] Τισσαφέρνην] Hic ille eſt, quem Thucydides lib. viii. ſub init. vocat στρατηγὸν τῶν κάτω, et ſæpe ibidem memorat. Videſis etiam Noſtrum Hiſt. Græc. lib. i. Diodor. Sic. lib. xiv. et Juſtin. lib. v.

C. I. Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος, καὶ κατέστη εἰς τὴν
3 βασιλείαν Ἀρταξέρξης, [1] Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον
πρὸς τὸν ἀδελφὸν, [2] ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ. Ὁ δὲ πείθεταί
τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον, ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μήτηρ,
ἐξαιτησαμένη αὐτὸν, ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν.
4 Ὁ δ᾽ ὡς ἀπῆλθε κινδυνεύσας καὶ ἀτιμασθεὶς, βουλεύε-
ται ὅπως μήποτε ἔτι ἔσται [i] ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ᾽, ἢν
[k] δύνηται, βασιλεύσει [3] ἀντ᾽ ἐκείνου. [4] Παρύσατις μὲν δὴ [l] μή-
τηρ [5] ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ, φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν βα-
5 σιλεύοντα Ἀρταξέρξην. Ὅστις δ᾽ ἀφικνεῖτο τῶν παρὰ
βασιλέως πρὸς αὐτὸν, πάντας οὕτω διατιθεὶς [m] ἀνεπέμπετο,
[n] ὥσθ᾽ ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι, ἢ βασιλεῖ. Καὶ τῶν
παρ᾽ ἑαυτῷ δὲ βαρβάρων ἐπεμελεῖτο, [6] ὡς πολεμεῖν τε

[i] ἐπὶ τῷ ἀδελφ.] ὑπὸ τῷ ἀδελφ. MS. Eton. Utroque modo recte dicitur. Vide lib. iii. cap. 1. §. 24. et lib. vii. cap. 7. §. 20. [k] δύνηται] δυνήσεται Edd. vett. δυνήσηται MS. Guelf. [l] μήτηρ] ἡ μήτηρ codd. Brodæi, Par. Eton. et Guelf. [m] ἀνεπέμπετο] ἀπεπέμπετο marg. Steph. et MS. Par. [n] ὥσθ᾽ ἑαυτῷ] ὥστε αὐτῷ MS. Par.

[1] Τισσαφέρνης &c.] Aristid. T. ii. p. 499. Οὐ δεῖ δὲ οὐδὲν σημαίνεσθαι τὸ ἦθος αὐτὸ καθ᾽ αὐτὸ, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἀκούουσι καταλείπεσθαι, ἵνα ἀνεπιβούλευτον εἶναι δοκῇ· διὰ τοῦτο οὐδ᾽ ἐπισημαίνεσθαι χρὴ, οὐδὲ τὰ δεινὰ, ὡς δεινά· οὔτε φοβερὰ, ὡς φοβερά· ἀλλ᾽ ἐξαρκεῖ μοι μόνον εἰπεῖν, Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφόν· ἐξήρκεσε γὰρ αὐτῷ ἐκ τοῦ γένους ἐνδείξασθαι ὁποῖόν ἐστι διαβάλλειν ἀδελφὸν πρὸς ἀδελφόν· &c. ibi legenda.

[2] Ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ.] Confer Plutarch. loco supra citato.

[3] Ἀντ᾽ ἐκείνου.] Ita Matt. ii. 22.—ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει— ἀντὶ Ἡρώδου, &c.

[4] Παρύσατις μὲν δὴ &c.] Plutarchus, in vita Artox. ἡ δὲ μήτηρ (Παρύσατις) ὑπῆρχε μᾶλλον τὸν Κῦρον φιλοῦσα, καὶ βουλομένη βασιλεύειν ἐκεῖνον.

[5] Ὑπῆρχε τῷ &c.] Eadem est vis verbi ὑπάρχω infra lib. iv. cap. 6. §. 12. ubi vide not. Aristid. T. ii. p. 528. Πολλάκις εἴρηκα ὅτι τὸ κατὰ σύγκρισιν τῆς ἀφελείας ἐστίν· οἷον, ἐφίλει μᾶλλον τὸν Κῦρον, ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξην· ὡς ἔχει καὶ τοῦτο· ὥσθ᾽ ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι, ἢ βασιλεῖ. Καὶ τὸ τοῖς ἧττον ἐμφαντικοῖς χρῆσθαι ὀνόμασι, καὶ τὰ μικρότερα ἐπὶ τῶν μεγάλων ὀνομάζειν, τοῦ εἴδους τῆς ἀφελείας ἐστίν· ἐν τῇ Ἀναβάσει ἐπὶ τοῦ Κύρου· τῶν τε παρ᾽ ἑαυτῷ βαρβάρων ἐπεμελεῖτο· ἐπὶ μεγάλου πράγματος ὀνομασίαι μικραί· τὸ γὰρ ἐπιμελεῖσθαι οὐκ ἔστιν ἴδιον ἄλλου τινὸς, ἢ τῶν μετρίων· καὶ εἴποι ἄν τις οἴκου ἐπιμελεῖται.—

[6] Ὡς πολεμεῖν &c.] Aristid.

ἱκανοὶ [o]εἴησαν, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοιεν αὐτῷ. Τὴν δὲ Ἑλλη- C. I.
νικὴν δύναμιν ἤθροιζεν, ὡς μάλιστα ἐδύνατο ἐπικρυπτό- 6
μενος, ὅπως [p]ὀτιαπαρασκευαστότατον λάβοι βασιλέα.
[q]Ὅτε οὖν ἐποιεῖτο τὴν συλλογὴν, [r]ὁπόσους[1] εἶχε φύλακας ἐν
ταῖς πόλεσι, παρήγγειλε τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις λαμβά-
νειν ἄνδρας [s]Πελοποννησίους, ὀτιπλείστους καὶ βελτίστους, ὡς
ἐπιβουλεύοντος Τισσαφέρνους ταῖς πόλεσι. Καὶ γὰρ ἦσαν [t]Ἰω-
νικαὶ πόλεις Τισσαφέρνους [2]τὸ ἀρχαῖον, [3]ἐκ βασιλέως δε-
δομέναι· τότε δ' [u]ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι, πλὴν [4]Μι-
λήτου. Ἐν Μιλήτῳ δὲ ὁ Τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ 7
αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον, [x]τοὺς μὲν
ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν. Ὁ δὲ Κῦρος ὑπολαβὼν
τοὺς φεύγοντας, συλλέξας στράτευμα, ἐπολιόρκει Μίλητον
καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ ἐπειρᾶτο κατάγειν
τοὺς ἐκπεπτωκότας. [y]Αὕτη οὖν ἄλλη [5]πρόφασις ἦν αὐτῷ τοῦ

